




percio chel suo padre, ancora che puer
ce il carbonaio per tato esser pouero. Dubito
in principio se egli si douea dare al gouerno
ella Republica, o fare lo argenteire ma per essere perso-
a litterata & eloquente si acquisitione & gloria. Fu
primo che in Hispania meritò il Corniculo, fece il me-
uero de Soldo in Sardinia sotto Horeste. Essendo Edile
tise piu à rendere ragione al Popolo che à intrattenerlo
odoni & fesse. Fu Pretore contro à Lugurta ma si lasciò
vincere da i danari di quello. Essendo Cosolo publicò una
lege pertinente alle spese, & che promettenu à i Liber-
in trouarsi à rendere i partiti in consiglio, non si leuando
niedi Publico Decio Pretore mentre che passaua gli co-



stratados.

Item circa verba, Euan-
gelij, *Martha Martha solici-
taes*. Como la Virgen se a-
delantò a todos los santos
la gracia significada en
la presteza de la luna, *Pul-
chra ut luna*, tratado 7.5.5.
pag. 123. & 124.

Pro Angelo Custodio.

LA sua diligencia con
que los Angeles guardà
a los hombres, tratado 5.5.
6. pag. 96.

Item circa verba Euan-
gelij, *Nis conuerſi fueritis, &
efficiamini sicut paruuli, &c.*
Grandes y bienes de la
humildad, como es escalera
por donde se sube al cielo,
optimè tratado 4.5.8. p. 74.
75. & 76

Pro omnibus Sanctis.

Circa *Bapa pauperes*. Co-
mo los de piensan las
cosas del mudo, estan en el
cielo, explicò el lugar del
Apocalyps *Luxa sub pedi-
bus eius*, por derecho, tra-
tado 7.5.4. 122. en la mar-
gē, y aplico diziendo, que
esta muger que tenia la lu-
na

IOSEPHI FERNAN-
DEZ ET RETES, I.C. HON-
TIVERIENSIS,

IN INCLYTA SALMANTICENSIVM
Schola publicè inaugurati.

Ad titulum. D. de interdictis, & relegatis
Commentaria.

Clarissimo, & nobilissimo D. D. Hieronymo de Villa-
nuova, Aragonico Protenotario, &c. Dicata.



CVM PRIVILEGIO.

Vallisoleti, ex Typographia Regia.
Anno Domini 1643.

*Sic excusabat teneram ætatem suam in Suada
Attica Kl. Vir Erycius Puteanus Belga, pro-
fessor Mediolanensis, cuius nomini uti-
nam par nobis inter litteratos
obtingeret.*

I Niqui autem, & ignari humanæ conditionis simus;
si annuariorum legum tenaces, indolem virtutemque
omnem temporis limitibus concludamus. Quemad-
modum fruticem interdum fructu lætum, ac floridū,
arborem contra proceram vetulamque infelicem: sic in
puero virum vidimus, & in viro puerum. Erras, erras, si
Virtutis, quam Ætatis cursum tardiolem existimas.

fin

ndum



R. 245580

Clarissimo Heroi, & Nobilissimo D.D. Hiero-
nymo de Villanueva, Philippi Magni potentis-
simi Regis nostri à Belli, & Aragonum Consi-
lijs, Statusque sanctioris secretis, Arago-
nico Protonotario, Calatravensi
equiti, &c.

Suus Iosephus Fernandez, & Reres felicitatem



Omine nobilissime,
ingratus ego, si tot,
tantaque beneficiâ
â te accepta, quo pos-
sem modo, non rē-
penderem. Quo pri-
mū die Iuris Con-
sultus Salmanticæ
renuntiatus fui, sti-

pendia tua coepi merere: sed quam honesto mi-
litix gradu! Magister lectus nepotistui ex
fratre, iuuenis optime indolis Domini DON
IOSEPHI de VILLANVEVA, pro
meritis in maius SANCTÆ CRVCIS
Collegium Vallis-Oletanum iam cooprati,

eiusdemque hodie meritissimi Rectoris ;
prospe in Sanctiora consilia quam primum
cooprandi. Sed quantâ indulgentiâ benignita
teque tua! Qui enim possem hoc honore dig
nus esse, qui nondum plenus eram pubertate?
Ex quo non minima portio æstimationis a
pud magistros, & cōdiscipulos mihi nata fuit,
nam qui ex aspectu corporis vix me iuris stu
diosum iudicarent, ex officij dignitate nō me
diocris spei I. C. prædicabant. Sed hæc Salmá
ticæ, vbi nondum sat clara erat dignitas magi
sterij mei: *sunt enim, Cassiodoro, Aurelio teste*
tantum Clara familiarum dignitates, quantum domi
norum aspectibus perfruuntur. Accessi Madridiū,
vbi creberrimis affatibus tuis contigit mihi
frui; ex quibus, Deus bone, quantum innotuit
humanitas tua! Es grauis sine asperitate; es ma
iestuosus sine superbia; es comis sine indigni
tate; & quod nobilissimorum est proprium,
tot licet dignitatibus honorato nullæ surgunt
tumiditatis cristæ. Amabas sciscitari de statu
reilitterariæ nepotis, atque si fortê sermo de
meis in iurisprudentia progressibus (heu par
uis!) incidebat, quanta mihi admovebas calca
ria! Sed, benè dicam, spontè currenti. Com
pluri-

pluribus me donasti libris humanissimè, gra-
tissimi animi tui maximum monumentum.
Pro his omnibus referrem tibi gratias, ILL.
HEROS. *Sed nec tua fortuna desiderat remunerā-
di vicem: nec nostra suggerit restituendi facultatem.*
Nihilominus, quod dare tantum possum, of-
feram munusculum: solita benignitate reci-
pe, AMPLISSIME DOMINE; nam
quod affero munus, litterarium est, quod &
ipsum me non impelleret in sinum tuum pro-
tegendum confugeret: & saperet; nam te vin-
dice, patrono omnium sciētiarum, præsertim
reginæ Iuris-prudentiæ, nec Zōylos, nec A-
ristarchos, nec Probos timebit, & bono omi-
ne dicam, perannabit sine piperis, aut Cordy-
llarum metu. Mi ILL. DOMINE, laudabunt
alii claram nobilitatem tuam; aut solertem ex-
perientiam rerum, aut fatigari pro Reip. cu-
ris nescitum laborem; aut securitatem, *optima*
conscientia, scelerumque pure proditricem, qua latus
tuum ignotissimus tegit; aut integram affabi-
litem, qua eodem vultu, & semper sereno
maximum, & minimum quēque audis, allo-
queris; aut denique te totum laudibus verena-
tum virum. Ego domesticas domesticas tuas

6 Auson. in
gratias. a. 6.

virtutes laudem, publicam materiam melio-
ribus scriptoribus relinquam. Es honeste par-
cus, non auare sordidas, sed coelebs cui deu-
tias congeris, cui aggeras? Dei Opt. Max. &
eius matris honori. Vere dico, testatur aedes
Benedictinarum (sancti Placidi Coenobium
vocat vulgus) non minus annonis, quam edi-
ficij mole superba, in qua non paucas e familia
tua virgines Deo spondesti, sequenti aeno
pietatis tuae maximum, & durable futurum
testimonium, quam a primis erigis fundamē-
tis, & sancte, & genere se. Sed & haec notissi-
ma narrante me, sat scio, perfunderis rubore;
imò ego indignationem tuam vereor, ne au-
diam adulator: quare desinam exorans Deum,
filiumq; vnigenitum suū IESVM CHRIS-
TVM, diute incolumē seruet saluti Reip.
Vale, mi Domine, & Iosephum, quo vis loco
munera, modo inter tuos. Vallis-Oleti deci-
mo quarto Kal. Ianuarias. Anni Christiani
M.DCXLII.



*Clarissimo viro Domino Michae i Tafalla ex
notario Aragonico, regalium largitionū
prorationali.*

Ioſephus Fernandez, & Retes S.P.D.



PRIVATVM cum Hero cloqui, & irreue-
rens eſt, & iuſtis rerum cenſitoribus ne-
fas putabitur. Quarendus ergo eſt me-
diatur, que ex D. Auguſtini ſententia,
autroq, partem capiat, ab homine ſcili-
cer, & Heroe, qui quidquid à privato
priuatus habeat, ad Heroem Heros deferat. Reuerenter
ergo cum Heroe noſtro mihi locuturo nullus commo-
dior mediator occurrit te, **KLARISS. VIR**, qui a virtute
& cæteris, quibus aditus in cælum patet, optimam partē
Herois naſtus fuiſti, & ab humilitate non minimam ho-
minis partem te retinere viſ dici, niſi potius ob hoc præ-
clarior Heros es. Deinde authoritas, qua apud herū noſ-
trum polles, inducit in me, vt cedam, gratius ei futurū
munus meum, quale quale ſit, ſi a me exhibitum à te offe-
ratur, quam ſi manibus meis in domini ſcrinia deferre-
tur. Sit humanus licet, ſit omniū patulus, eſt tamen he-
rus, & ipſā humanitate maieſtuosus, amo eum, nec non
& veneror. Crede mihi dominis tutum eſt reuerentiam,
tutum charitatem mereri. & tutum familiaribus reueren-
ter eos adire. Sed & occaſionem hāc deſideraui, vt char-
tæ virtutes tuas loquendas darem, non ambitioſe, nam
ſunt, quia tales, lenocinio verborum virtutes nihil indi-

*lib. 9. de Gl
uitate Dei*

*Plinius in
panegyric.*

gæ. Aragonicorum Chancellariam se dulo tractabas e manu, nutu que tuo ferme pendente, quid non tractares, cum sis è paucis domini munificentia? Sed asperratus dereliquisti omnia, sapisti. Præstat enim mens quieta aulicorum inquietissimis fumis. Sed nec ideo hominum cultum, societatem que fugisti. Sciebas inter hominum murmura sapientem in solitudine esse posse. Dereliquisti omnia, sed non omnia te derelinquere potuerunt. Quis enim pro domino tuo mille negotiorum accupationibus detento regalium largitionum curam posset agere, nisi tu, VIRKLARISS., earum rationes quam sãcte conficias, non meum est dicere, sed hoc solum non tacebo, eos, qui regali gaza ditantur, creditores tuos male esse, quam cæterorum susceptorum. De moribus permittat modestia tua pauca dare, vt lectores, quid mirentur, & quid imitentur, pariter habeant. Latine linguæ expertus non est, licet eius garrulitatem non affectes. Vernaculam urbanissimè, & calles, & loqueris inde omnifariam notitijs, quibus hæ linguæ præ cæteris abundant, amas imbui, tam sacris, quam prophanis, sed semper scrijs, & melioris vitæ magistris. Es liberalis, sed non inep-tus bonorum profusor. Tuis contentus viuis, Equanimitatem beatam. Non es moleste in suavis vlli, cunctis te affabilem præbes. Es pius in Deum, in eius mendicos largus, religiosus, devotus, & denique ad normam pietatis Christianæ homo fictus, & quod magis est, his licet vtriusq; vitæ bonis præditus, nunquã tu tibi ipsi placuisti cum nulli displiceas, nisi pessimo cuique.

Hæc quicumque leges, nos aspernabere fari:

Talis vita tibi, qualia vota mihi.*

Vale, & vive, mi domine, & talibus bonis diu frue:

Vallis Oleti die, quo supra.

Censura.



Commentarium pereruditum
ad titulum .ff. de interdictis,
& relegatis in duos libros di
uisum, Iosephi Fernãdez, &
Retes. I. C. Hontiuerienſis, Su
premi Senatus decreto vidi summa q, cum
voluptate semel, & iterum, dignum iudico,
in Belgio recudatur ac diuulgêtur Matrili
Septimo idibus Iulij anno de 1642.

*Licenciatus Don Ildephonsus
de Larrea.*

Summa Prilulegij.



Atolici Regis nostri Phillippi IIII. diplomate sanctum est, nequis in his Hispaniarum regnis intrà decem proximos annos sine Iosephina Fernandez, & Retes permissu, Commentarios hos ad titulum. ff. de interdictis, & relegatis excudat, excussos ve alibi vendat, sub pœna in ipso diplomate cauta, quod datum Madridij die 9. Iulij anni M. DC. XLII. Expeditum per Don Didacum de Cañigares, y Arteaga à secretis.

Ad Lectorem



Rodit, humanissime
lector, labor exigu-
us, ne te alias fastidi-
ret, & verè prodiit
meticulosus, ne ad
huc invisus petulan-
tiæ accusetur, qui vix
dum & viginti an-

norum puer in sacra vatum penetrare aude-
at. Et ægre fortasse feres eum, qui nondum
tempus discendo habuit, velle docere, sed
neutrū horum affectat. Postquam [Salmani-
cà decessi, eò (sic vota concipio, Deus det)
rediturus, vix aliquo loci pedē fixi, iam Ma-
dridij, iam in Pace-Augusta, iam Vallis-Ole-
ti commoratus, quæ ciuitates non confines
sunt, sed longo itineris intervallo distantes.

Studium verò nō idcō magis internisi, cur-
rente viatoria rheda liber, crede mihi, è ma-
nibus non concidebat. Sed quis me iam Iu-
res-prudentiæ oblitum uon iudicaret. Quis
mihi cathedrarum candidato id non ex pro-
braret. Accessit suasisse, qui & iubere pote-
rat. Ob hæc ergo libellus meus, forsitan im-
maturus prodit in lucē, vt probe velut ad
Lydiū lapidem, non vt doceam: nō uti as-
solet electa, solum oblata tracto, & breui
stylo, sed quo semper utar. Si breuitas hæc
aliquibus displicuerit, quid agam? non alter
Genius meus. Eruditionem commentario-
lus non ructat, sed nec aspernatur, ac illatur
eruditio tantum domine Iuris-prudentiæ.
Critica nec contumaciter refugi, nec asse-
ratē exerui. In eo plausum tuum merebor,
quod inutilium authorum allegationibus
nolui te fatigare. Omnia hæc melius ex o-
pusculi lectione cognosces; versa, & fortas-
se non omnino improbabis, faxit sic Deus.
Vale amicissime:


Summa de la Tassa.


Tassaron los señores del Consejo este libro intitulado commentaria ad titul. ff. de interdict. & re-
legat. authore Iosepho Fernandez, & Retes I. C. Hontiuericensi à
quatro maravedis y medio cada
pliego. Como parece del origi-
nal que queda en mi poder despachado por D. Diego Cañizares
Secretario. Dada en Madrid a 14
de Diciembre de 1642.


Plura ex Græcica lingua, quæ typis caderem
opusculum habebat; quadam cussi: sed quam
peruerse! quando characteris inopia alios alijs
cogebat me summittere: elegantiam scriptura
desiderabis. desideravi ego, fateor: non hæc elegan-
tia Vallis-Oleti. Ideo errata in Græco emendare
superfedi in Latino sic mecum aliqua corrigi-
to.

Erratas.

Pag. 7. leg. 3. p. 9. l. Tiberij. p. 11. l. iuramentis. p. 12. l.
Suasio. ibi. l. capitalis. ibi. iudicijs p. 14. l. paululum Cal-
listratum. p. 15. l. discessi. p. 22. l. haut. p. 26. l. composuit.
p. 30. l. volunt. ibi. Triboniani. p. 32. subdit. ibi. de porta
tio. p. 34. l. competit. p. 36. l. sua. p. 37. l. municipales. ibi.
dari. p. 40. author. ibi. l. dimicassent. ibi. leg. defuisse. p.
44. l. receptos. p. 48. l. Basilicôn. p. 50. l. præsertim p. 55.
l. Seruilij. ibi. l. potestate. p. 63. l. decessisse. p. 66. l. destina-
tas. p. 71. l. sententiæ. p. 89. l. domicilio.







LIBER PRIMVS,

DE INTERDICTIS, ET RELEGATIS.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

*Prisco iure poenà capitis puniebantur ciues Ro-
mani, ut Horatius, Manlius, & Vestales,
tunc Exilium in usu, de Coriolano, Camil-
lo, & Fulvio dictum. LL. Valeria, & Por-
cia sanctum, ne ciuis necaretur, ne ve in ex-
ilium mitteretur. Causa introducenda inter-
dictionis: quos exulare volebant, alimonia
in ciuitate negabant, ut sic alias regiones
peterent, post maius spatium interdicti, cœ-
pit, ut Ciceroni, tandem id perfecte sanctiū
sub Augusto. Interdicti bonis non exueban-*

tur, quod ceptum mutari sub Iulio, consummatum paulò post. Sallustius, Cicero, & Dio explicantur.



DRIMIS rei Romanæ temporibus, non minus Reip. quam regum in caput ciuis animaduerti, legibus sanciebatur, & obseruabatur consuetudine. Statim prima pena in testimonium aduocetur. Horatius Curationum confector ob cæsam sororem perduellionis accusatus fuit, mori que iussus, & quod magis notatu dignum est, pessimo mortis genere, crucis videlicet Liuius lib. i. cui iungemagnum Lipsium lib. i. de Cruce cep. ij. M. Manlius, (seu malis Manilius) qui arce ab incursione Gallorū defensa Capitolinus dictus fuit, ob affectati regni suspicionem de Tarpeia rupe præceps fuit actus Liuius lib. vj. Vestales corruptæ ex veteri instituto Numæ simul viuæ, & defossæ peribāt Halicarnass. lib. ij. & quarundam, de quibus Reip. initio pœnæ sumptæ fuerunt, meminit Liuius lib. ij. & passim. Secures Tarquino Collatino, & Iunio Bruto primis Coss. datæ, & a consulibus ad Populum

pulum translatae hanc potestatem affatim significabant. videndus doctissimus Briffonius *lib. 5. de formulis pag. mihi. CCCCLXXXI.* Etiam hoc tempore ciues ob leuiora crimina in exilium mittebantur: scimus C. Marcium, à Coriolis expugnantis, Coriolanum die dicta à tribunis pl. exilio damnatum fuisse Liuius *lib. ij. Halicar. lib. x.* Furium Camillum, qui haud multò post. senatus decreto ab exilio reuocatus deuictis Senonibus salutem S. P. Q. R. restituit. Liuius *lib. v. C. Fuluium idem lib. xxvj. & alios, quos persequi rei non est. sed anno v. c. CCCCLII. M. Valerio, & Q. Appuleio Coss. alter consul Valerius legem tulit, quae vetitum fuit necare, vel ad mortem virgis cedere ciuem, qui prouocaret, quae tamè lex non duriore poenà sancta fuit, quam IMPROBE FACTVM. Liuius lib. x. Ob hanc causam fortè, & alia lex in simili re. rogata iussa fuit, à rogatore Porcio à Porcia dicta, quae de tergo ciuium lata dicitur Liuius *d. lib. x. quia non solum ciues mori prohibuit, sed, & virgas à tergo Romano amouit, vt non male probatur ex Agellio lib. x. not. Attic. c. iij.* Sed quae ad ciues honestiores coacta tandem fuit, docuit nobilissimus Heros Hispanicae, literariae*

a De tempore dubitatio. stri, & certe ad hanc rem Manutius, & asteris.

que Rerump. Splendori datus, natus Don L. au-
 rentius Ramirez de Prado in aureo suo, & do-
 ctissimo HIENTEKONTAP. capite xxxvij.
 Cæpit etiam magis ciuibus per mittere exi-
 lium, quam indici Sallustius *in coniuratione*, si-
 ue C. Cæsar apud Sallustium. *Tunc lex Porcia, a-*
liæ que leges paratæ sunt, quibus legibus exilium dam-
natis permissum est, & superius. item condemnatis
ciuibus non animam eripi, sed exilium per mittere iuuent,
 non enim post has leges latas minus morte,
 quam exilio damnare licuit. Cicero pro Cæcina
Sic afferant velim, quibus lege aut Romana ciuitas,
aut libertas erepta fuit. Nam quod ad exilium atti-
net, perspicue intelligi quale sit. Exilium enim nō sup-
plicium est, sed profugium portus que supplicij. Nam
qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamita-
tatem eò solum vertunt, hoc est, sedem aut locum mu-
tant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, ut apud
ceteras ciuitates, maleficio nullum exilio esse multa-
tum. Vt ergo aliquâ viâ eò perueniretur, quos
 ciuitate excedere volebant, aquâ, & igni eis
 in ciuitate interdicebant, vt sic inedia, & fri-
 gore alias consumendi, ciuitatem cogerentur
 derelinquere, in aliasq. regiones migrare. Ci-
 cerodicta oration. pro Cecin. *Qui si in ciuitate legis-*
sim, id est interdictionem aqua & igni, subi-

re uellent, non prius ciuitatem, quam uitam amitterent, quia nolunt, non adimitur his ciuitas, sed ab his relinquitur, atque deponitur. quomodo intelligendum, est locus Sallustij *suprà*, & alter Pomponij *ad Q. Mucium in l. ult. ff. de legationibus*. Itaque exul solius urbis fiebat, ex vi que condemnatio nis ad primum lapidem commorari poterat, nisi aliquot milliaribus ab vrbe aqua, & igni interdicti arcerentur. Sanè in Dione lib. 35. legimus Ciceroni abnegatam fuisse mansionē Sicilię, iussumq. abesse à Roma vltra CCCC LXVIII milia passuum: quo casu interdictū Ciceroni aqua & igni erat totā illa regione. Sed ne facinorosorum hominū globus pagos vastaret, remp. que turbaret, primus Octauia nus August. Dione teste lib. lvj. ἀπὸ γορεῖος μεθ' ἑνὸς πῦρος καὶ ὕδατος εἰσγόντα, ἐν ἐπιπόδι διατρεφόμεναι ἐν ῥησὶ τερ' ὅσαι ἐλάττω, περὶ ἀκοσίῳ ἀπὸ τοῦ ἰππεὸς καὶ ὁρῶντο. id est. E dixit, nequis eorum, quibus aqua, & igni esset interdictum, in continenti, aut in insula, nisi quinquaginta millia passuum à continente distaret. Vnde qui interdicti alias solum dicebantur, iam in insulam aqua & igni interdicti relegari dicebantur. Tacitus lib. 3. *annal.* Aqua & igni Silanum interdicendum censuit, ipsum que insulam Giarum relegandum. idem. lib. 6. Serui-

lius, Cornelius que per dito Scauro famosi, quia pecuniam a Vario Ligure omittenda delationis ceperant, in insulas interdicto igni, & aqua demoti sunt. Naturâ igitur interdictionis mutatâ, & nomē mutatum fuit. vt sequenti capite dicam. Non sic, licet facem præferrent, Cuiacius lib. 6. obs. cap. 39. & Briffonius lib. 3. antiq. c. 5. Et licet commodius reseruarem ad l. 3. hic, hic tamen hoc dicam, interdictorum bona antiquitus nūquā publicari, nam primus omnium Cæsar Iulius poenas facinorum auxit, & cum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exulabant, parricidas bonis omnibus, reliquos dimidiâ parte multauit. Sueton. in Iulio cap. 13. & Augustus, teste Dione lib. 56. in interdictis plus possidere quingentis millibus nummūm vetuit, sed paruo lapsu temporis, a deo principum abaritia increbuit, aquâ & igni interdictis bona censebatur ablata vi sententiæ, nisi expressè & speciali causâ ipsis relinquerentur. Tacitus lib. 3. annal. sub Tiberio Augusti successore. Mox Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur. idem lib. 6. annal. sub eodem principe, & quia damnati publicatis bonis sepultura prohibebantur. Ex quo & omni testamenti factione a Tiberio priuati fuerunt.

Dio Casius lib. 57. & conducit lex eius qui 8.
§. 1. ff. q. test. facer. poss. conijcio nāque ante Ti-
berium fortē per interpositam personam, &
ex fideicommissio hos interdictos aliquid ce-
pisse. Videndi Petr. Fab. ad legem ea sola xcvi j.
ff. de R. I. I. Lips. ad Tacit. 6. annal. annotat. lxx. Isa-
acus Casaubonus in secundis curis ad Tranquillum
lib. 1. pag. mihi xxxvi j.

CAPVT. II.

SVMMARIVM.

*Initium deportationis, proprietas, & notio ver-
bi. quo exēpla introducta fuisset deportatio;
Definitio, explicatur, sententia quid? qui
habeant ius deportandi? Praeses non depor-
tat, sed acta ad principem mittit. Deportatus
ab eo, qui insulas in territorio suo nō ha-
bet, potest tamen deportare, illico pro depor-
tato habetur. Quid verba haec. in insulam
deportandum. Deportatus est, licet non
dum in insulam perductus sit. explicatur
lex relegatorum 7. §. 1. hic. emendatur.
l. 2. ff. de offic. procur. Cæs. Cōfertur ius*



DIX. In superiore capite, Augustum aqua & igni interdictos in insulis clausisse, ne vagi, & quacumque dispersi grassaretur in res, & homines: inde ergo originem deportatio traxit, ne dicam omne ius, nam qui in has asperrimas plerumque insularum vehabantur, dicebantur *deportari*, generali significatione verbi ad hanc specialissimam significationem coacta. *Deporto* quippè *transferre*, *contrectare*, & de loco in locum *mutare*, significat teste Asconio Pediano, quo sensu prodigia, monstraque *deportata* fuisse legimus in Livio, Valerio, Plinio, & Iulio Obsequente in imperfecto libello de prodigijs, non alio Virg. iiii. Georgicón loquens de apibus,

Tum corpora luce carentum

Exportant cecidis, & tristia funera ducunt.
Ergo cum hi transferrentur, deducerenturque in insulas, deportari inde cæperunt dici. Vnde fit, ut antè Augustum huius constitutionis latorem nulla de portatorum mentio in actoribus sit, sed pro ea de portione *interdictio* *nis aqua, & igni*. Livius lib. xxv. *Tribuni vocave-*

run plebem, quæ ita sciuit. Si M. Postumius intra Kalendas non prodijset, citatus quæ eâ die non respondisset, neque excusatus esset, videri cum in exilio esse bona quæ eius vanire, ipsi AQVA. & IGNI placere INTERDICI. Dabo quæ optimum ad rem locum Q. Mucij, qui liberâ Rep. vixit, & ante Augustum, fuit quæ occisus â Syllanis, quia Marianæ factionis erat. Velleius lib. potestieri.

Florus lib. iij. c. xxj. . Hic igitur tam verus iuris-consultus, cæterorum ferè choriphæus, vt exëplum capitis mediæ deminutionis daret in l. ult. ff. de duobus reis, non assumpsit de portationem, sed aquâ, & igni interdictionem, quæ lexultima, licet Pompon. est tamèn ex libris ad Q. Mucium, cuius, & verba esse crediderim, nâ textus elegantia eloquentius sæculum prodit quam quo Pompon. vixit. Idem dicendum est de lege ultim. ff. de legationib. Temporibus Augusti, & eius successoris Tiber deportationis nulla, aut perrara mentio est, sed eius adiunctæ relegationis crebra, præsertim in Ouidio, qui ab Augusto relegatus fuit. lib. v. tristium elegiâ. ij.

Arua relegatum iussisti visere Ponti.
eleg. xij. Ipse relegati nō exulis vitatur in me.

Nomine,

a Adijunge de
cūs auc quæ
dem benè no
tata magis
tione D. lo
hannē Suarez
de Mercedē
in app. ad l.
Aq. & igni
10.

lib. I. el. vij. Cara relegati, quæ potest ora vides. Antoninorum verò, & sequentium temporibus iam raramentio interdictionis, & in vdo, o reque omnium deportationis erat. Capitolinus in Antonino Philosopho simul petiit nequis senator tempore principatus sui occideretur, ne eius pollueretur imperium, eos etiam qui deportati fuerant, renocari iussit. Auctor libri singularis de vitis Pontif. Roman. seu Luitprandus fit, seu Pascasius Ratvertus capite xix. sub Pōtiani Episcopatu Alexā dri Mameę temporibus anno CHRISTI ccxxxij. eodem tempore prædictus Pontifex cum Hyppolito Presbytero in exilium est deportatus ab Alexā dro in Sardinia, in insulam Bucinam. Sic ergo intelligendus est Vlp. in l. 3. ff. ad l. Iuliam peculat. Super est, vt inquiramus, quo exemplo introducta sit deportatio, & quod in me est, super sedeo, dicere tamen non piget, licet non omninō sequendum putem, quod pridem docuit Hadrianus Turnebus lib. xx. ad vers. c. xvj. scilic. transportatio nem in Sicilia militum, qui ex Cannensi acie fugerant, exemplum deinceps deportandis fuisse. Rem videbis in Liuiο lib. xxij. Polybio lib. iij. in fine, Horo. lib. ij. cap. ij Longinquum valdē exemplum videtur mihi, sed re-
ter-

ferre id gratiæ Turnebi datum esto: Accedamus iam, oportet, ad rei definitionem. est autē deportatio *Sententia, qua iudex, cui ius deportandi lege datum est, reum* IN INSVLAM DEPORTANDVM pronuntiauit. Quæ definitio magni Cuiacij est, suis que numeris absoluta, cum ē iuris prudentiæ veritate, rū ē præceptis artis dialecticæ, ecce genere, & differētiā cōstat. SENTENTIA loco generis stat, cætera loco differētiæ. Dicitur *sententia* primō quæuis ex certa scientiā asseueratio, quo sensu à Nonio Marcello cap. ij. *sensibilitas* dicta est, apud quem videndi sūt, Lucr. & Lucil. Eadē notione adhibebatur in vera mētis ad censuum professions, & similia prisca illa formula: EX ANIMI TVI SENTENTIA & apud Agellium lib. xvij. *noct. Attic. cap. xxj.* legimus primum Caruiliū Rugamannopost v. c. dxix. ab uxore diuortif se ex amicorum SENTENTIA. Sic & apud Capitolinum in Pio neque de provincijs neq; de alijs actibus quicquā constituit Pius, nisi quod prius ad amicos retulisset: atque ex eorum SENTENTIA formans composuit. Neque aliā notione ea senatoria formula. Quipatres, qui que conscripti, quibusq; SENTENTIÆ in senatu dicendæ ius est.

• Videndi Briston. lib. viij. de format. lip. sius v. d. l. c. cap. 1.

• Brist. lib. ij. de format. Hotmanus, & Io. hannes Sarius Samoz. Proto cancellarius Polonus in libellis asseuerat. Rom.

Est etiam *sententia* suasio philosophica, si-
ne personæ facti ve expressi one, quæ si addâ-
tur, non *sententia*, sed *chia* dicitur D. Isido-
rus Hispalensis lib. ij. orig. cap. xj. Sed in iure fre-
quentius *Sententia* accipitur pro quavis pro-
nuntiatione, siue interloquutoria, siue defini-
tiuâ à iudice lata, ut in titulo. ff. de re iudicata, &
effectu sententiarum, & de interl. pluribus quæ ali-
is cui cunque valdè obuiis. Hoc modo accipi-
tur SENTENTIA in nostra definitione, est
enim de portatio *sententia*, & quidem capituli-
lis l. edicto xij. de bonor. posse l. ij. ff. de priuat. iu-
dicis, l. ij. §. i. l. capitaliū xxvij. ff. de pen.º. Sequi-
tur CUI IUS DEPORTANDI LEGE-
DATVM EST. Ex his verbis, patet nulli alij
iudici ius deportandi competere, quâ ei, cui
lege vel à principe datum est. Ergo si quæra-
tur, cur præses provinciae deportare non pos-
sit. l. ij. §. i. ff. de penis l. interpenas vj. §. i. hic cū
possit relegare, & quod magis est, ius gladij
habeat, & in metallum dandi potestatem l. il-
licitas vj. §. qui vniuersas ff. de off. præsid. non lon-
ga ratiocinatione opus est, sed id solum respō-
dendum: quia ius de portandi ei datum non
est, ut docuit antè alios Cujacius in recitat. ad l.

eduar. i. disp.
disp. cap. 37. &
ideo noticō
paratur plura
apud Metiliū
lib. q. oba. cap.
26.

si quis

si quis vj. §. eius. ff. de iniust. rupt. & posteum. A.
 Fab. & alij. Nec existimes genus hoc respon-
 dendi blandum esse, & iuris consultis inuista-
 tum, quia Callistratus nō minimus inter ma-
 ximos l. C. interrogatus, cur procurator Cæ-
 saris de portare non possit? non aliter respon-
 dit, quia *quia huius pænæ constituenda ius nō habet.*
l. ij. ff. de off. procur. Cæsar. vel rational. Sed quan-
 dō difficilis textus nobis sese offert, non inui-
 ta faciemus iurisprudentiā, si detexerimus
 magnam difficultatem, quæ sub parua litera
 latet. Inquit Callistratus: *quia huius pænæ con-*
stituenda ius non habet. Negat ius habere pænæ
 deportationis impingendæ procuratorem
 Cæsaris: ergo â contrario cæterarum pænæ-
 rum infligendarum ius ei videtur concedere.
 At certum est procuratorem Cæsaris nul-
 lius mulctæ dicendæ ius habere l. ij. C. *de mo-*
do mulctarum iuncta l. ij. §. ult. ff. de iudicijs. Er-
 go inconcinnē locutus fuit Callistratus. Po-
 test respōderi in d. l. ij. agere l. C. de illo pro-
 curatore Cæsaris, qui simul præses prouin-
 ciæ est, vt Pontius Pilatus. Vel ibi Callis-
 tratum specialiter de deportatione interro-
 gatum specialiter etiam ad quæstionem res-
 pondisse.

Cuius Rō
 ner 1, & Merca
 tor apud Go-
 thofr. ad d. l. ij.

pondisse, qui responderet generaliter, si generaliter interrogaretur. Verum hæc evaluationes misere sunt, & omninò rei explicandæ ineptæ, prima ob divinationis vitiū, secūda, quia licet de re particulari rogaretur Callistratus, melius generaliter responderet, quo solo omnem viterius interrogandi occasionem amputaret impertinenti consultori. Quare iam pridem ausus fui Paululum Calistratum emendare, & τὸ Η V I V S expungere in d. l. iij. vt consulti responsum generale, & ob id elegantius, reddatur. vix manus actionis sanguine expiatæ erant fluuiatili, ecce rem, emendationem que meam defero optimo, maximo que præceptoris meo Doctori Francisco RAMOS del Mançano Salmanticensi legū primario, qui ferè inauditâ causâ audaciam iuuenilem damnauit, ne dulcedine Critici nominis, quod plerunque iuuenes evertit, captus omnium miserrimam pestem textuum sectrinam optime, & ingeniosissimæ explicationi præferrere rem tamen attentius paulo post consideravit, & crede mihi, non ruit in laudes, parcè vir magnus laudat, licet parciùs vituperet, sed nec omnino nigrum calcu-

calculum parari iussit. Nutans â nutante præceptore discessit: sed in emendatione mea cōfirminatus fui incidens in Russardinos pandectas, ad quarum oram notatum animaduerti *quod huius* in aliquibus M. S. de esse. Non crispante, sed leuina so primam emendationem mea non ex cerebro, sed ex libris amplectere emunctissimę naris, spero, lector, nec leuitatem culpes puerilem, namque â doctissimis didici religiosę literam obseruare, non tamē superstitiose. Euagatus parumper ex diuerticulo ad viam redeo. Dixi iuris cōsultos nō semel respondisse ex concessione, aut negatione iuris, iterum in exemplum adducā tutelam. Fortē quæris cur tribunus pl., qui iurisdictionem nullam habet, sed tantum intercessionem, & in repræsentanti prehensionem Agell. lib. xiiij. noet. Attic. c. xij., tutorem dare posset? *pr. l. de Attil. tut.* & cur legatus proconsulis, qui vi mandatę iurisdictionis pleraq. potest. l. i. & toto tit. ff. de offic. procōs, vel leg. non possit tutorem dare nisi ex speciali rescripto D. Marci l. i. §. i. ff. de tutorib. & curator. dat. abbis. iunctâ l. pen. ff. de offic. procons. & leg. Nec aliud auctores respondent, & rec-

a Gouanus.
lib. 2. de iuris-
dict. num. 15.
Qui lib. 11. q. 9
Pap. in l. 6. de
confirm. tutoris
Donell. lib. 3.
cap. 7. & alij-
quos ibi con-
gerit Hillig.
lib. C.

tè, quam quia tutoris datio ei soli competit,
cui nominatim dedit vel lex, vel Sen. consul-
tum, princeps ve. l. *muto* vj. §. tutoris datio de tu-
tel.^o

Restat ergo antiquorum sententiam dis-
tinguentium inter *præsides*, qui in *insulas* in suo terri-
torio habebant, & illos, qui non habebant, ut illi pos-
sent deportare, hi non ita sine principis annotatione,
veram non esse, nam *præsides*, qui in *insulas* no-
habent, nec relegare possunt, licet aliàs ius re-
legandi *præsidi*bus datum sit. *relegatorum*, vj.
§. 1. *hic*. Quantum ergo hoc futurum erat in-
dubitabilius, & non indigum iuris consulto-
rum explicatu, in illis, quibus ius deportandi
nunquam fuit datum, sed antiquorū doctri-
na textu librorum Basilicōn fuleiri vide-
tur, in quo lib. lx. tit. lxv. th. vij. sic legimus.
Præsides possunt in insulam deportare, si habeant in-
insulam in ea provincia, cu præsunt. Quid apertius
pro ea? ubi eadem distinctio expresse cōmen-
datur, sed optimè Græci interpretæ ad d. lo-
cum *deportare*, ibi accipi pro *relegare* notant:
nam ibi Vlpianus in l. vij. *hic* epitomabatur,
qui de *relegatione* agit. Inonde *deportatione*, ergo
epitoma in simili casu loqui debebat. Præte-

rea quia eodem tit. liv. thes. antecedenti dicitur
præfectos vrbi deportare posse, nō præfides
prouinciarum. Ergo non est credibile tam
cito in contrariam sententiam abiisse Græca-
nicos compositores. Rursus quia Græcum
ἀποκομίζεν, quod solet vsurpari pro Latino de-
portare nō multum distat ab ἀποπείπειν, id est,
relegare vtrumque abire: iubere, abeundi præstat
facere, transportare, siue dimittere significat. Er-
go non multum miram, si in tam ambigua
significatione Græci pro ἀποπείπω, vterentur
ἀποκομίζω, quod vigilantes interpretes animat
uerrentes emendarunt.

Præfides ergo prouinciarum, si quem de-
portandum putabant, hoc ipsum annotabant
Principi, cui acta, & libellum rei mittebant,
tunc princeps, si confirmabat, in sulam asig-
nabat, sed dum hæc omnia peragebatur, quā-
uis reus in vinculis teneretur, pro deportato
tamen nō habebatur. l. si quis filio vj. §. eius. ff. de
iust. rupt. l. i. §. deportatos. ff. de leg. iij. l. inter pœ-
nas vj. §. i. l. relegatorum vij. §. i. hic, quia sen-
tentia deportationis à præfide lata, & non-
dum à principe confirmata, non sufficit ad
injiciendam mediam capitis diminutionem,

Vide l. 15. in
fra.

l. ij. §. i. ff. de bonis eorum iunct. l. i. C. de bonis damn. Briffon. lib. v. de formulis. Cum vero præfides possint relegare, ut supra diximus, dubium est, in quo distet relegatus ab eo qui in sua prouincia insulas non habet, à deportato, cum in hoc quam ad deportationem, tam ad relegationem principis annotatio requiratur l. vij. §. i. hic. Forte nouiter existimo sententiam relegationis à præfide latam non indigere principis confirmatione, sed solum ad signatione insulæ, in qua includatur relegatus. Vnde à lata sententia tanquam relegatus habebitur, licet nondum insula ad signata fuisset. Quæ si ita sunt, iam colligitur differentia superius petita. Idem dicendum est de deportatis à præfecto vrbi, ac de relegatis a præsidibus, quia quemadmodum præses ius relegandi, sic præfectus ius deportandi habet. l. i. §. a præfectis ff. de leg. iij. Cui acius aliquid dedit quod sequeretur in rec. ad. l. vj. §. eius de iniust. rup.

Prosequitur definitio. *Reum IN INSV-LAM DEPORTANDVM* pronunciauit. Forte dices nō bene rem per se ipsā explicari. Ergo cū agamus hic definiēda deportatione, male rē declaramus his verbis: *in sulā de portandū*

portadu, quæ & ipsa definitione alia indigēt.
Nihil temoror, dic, & per me: *In insulā in per-
petuū mittitur ademptā ciuitate*. Sed mihi primo
loco proposita verba gratiora sunt, & rei ex-
plicandæ magis conueniētia. Fuit (nota hoc)
sētētiaē deportationis illa solēnis formula:⁶
ILLVM INSARDINIAM DEPORTO.
Illa relegationis **ILLVM RELEGO** adie-
cto tēpore, siue in perpetuū, Ad quod respe-
xisse mihi videtur Vlp. *in l. relocatorum vij, §.*
his qui relegatur xvij. hic. his verbis, **ILLVM**
PPOVINCIA, INSVLIS Q. RELEGO.
Paulus *in l. Metrodorū xl, ff. de penis: Metrodorū,*
cū hostem fugientem sciens suscepit, in insulam DE-
PORTARI: Philoētetē, quod occultari eū nō ignorās,
din dissimulauerit, in insulam RELEGARI placet,
quæ lex ob id magis notāda, quia solēne for-
mulā sētētiaē imperialis cōtinet, vt ex epigra-
phe liquet, & notauit iā pridē Briss. *lib. v. de*
formul. Ouid. lib. v. trist. elegia ij.

6 Mirer si quæ
Hotman. neq.
Brissou. id no-
tasse, notauit
tamen Donel.
ad l. i. C. de ho-
red. §. §. in. 1. 1. 1.

Arna RELEGATVM iussisti visere Ponti.
eleg. xij. EDICTI VERBIS minitor, ipse **TVI**
Ipse RELEGATI non EXVLIS utitur in me.
Si hec ita sūt, quæterē ego, cur his verbis rele-
go. & de porto cōciperetur sētētia de portatio-

nis, & nō alijs ad id paratis? Plane id omninō respōdēdū est, nulla alia verba ita cōgruētia pēne infligēdē esse, quā quibus iudices in sētētiarū prolationibus utebantur, cū ob breuitatē, tū ob perspicuitatē, ergo cū ob id selecta sint ad sententias proferendas, non erunt incōcinna ad definiendam deportationem.

LICET NON DVM IN INSVLAM PERDVCTVS SIT: prosequitur definitio. Nanquē vt pro deportato reus habeatur, sola condēnatio eius, qui ius deportandi habet, sufficit: & quidē expressum textum, ex quo id probetur, in pandectis non mihi me legisse, & forasse nō est: sed in libris *Basilic. lib. ix. tit. liv. satis, superque, exertus est locus. En eum. Liberi homines damnati, & proscripti, statim à sententia priorem statum amittunt, & suæ pœnæ traduntur*, in quo Græcus interpræs omnia verba Callistrati dedit, vnde Cujacius & Conrius habuerunt, transtulerunt que in pandectas, hodie que est *lex ultima ff. hic*. Sed licet a sententia pro deportatis haberentur rei quo ad iura, & bona: tamen vt in corpore luerent, & tædia exilij pati cæpissent, dies intra quos in exilium decessuri erant, solebant præ-

præfiniri. l. relocatorum vij. §. is qui xvij. hic, qui
 paragraphus sic in libris Basilicon epitoma-
 tur, vt necessitatis sit, non voluntatis diē cer-
 tum exilio statuere, en verba: *Definiri sententiā
 dies debet, intra quam relegatus debeat provinciā ex-
 cedere.* Sed licet hoc iure forsitan vterentur
 Græci, Latini, ausim dicere, non vsifuerunt,
 vt præses omninō diem profectionis decer-
 neret, *dictus. §. xvij.* inevitabilis est, & ideo
 diē non assignato crediderim, *quam primam*
potuissent, excessuros esse exulesciuitate, vt
pleraque in iure stabilita videmus, in l. cum
quidam xxxiv. ff. de leg. ij. l. quoddicimus cv. ff. de
Solution. videndus Briss. de formul. lib. v.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

*Quid sit capitis deminutio, & quotuplex, &
 quare sic dicatur? deportatus mediam capi-
 tis deminutionem patitur. Quid sit minui,
 quid consumi aestimatio? Magna capitis de-
 minutio dicitur media respectu minima.
 Quod exilium sit vice deportationis. Ex*

plicantur. l. cognitionum V. §. consumitur. ff. de varijs & extraord. cognition. l. iij. §. ult. ff. de degradib. lex eū qui xiv. §. is demum. ff. de bon. libert. *Emendatur*. lex. 1. §. capitis viij. ff. ad S. C. Tertyllian, Festus, & Plinius *illustratur*, Boetius, & *τοκατὰ πινδus*, *notatur*.



DE finitio Cuiatiana sic explicata totius materiae leui quadā cognitione nos perfundit, accedamus nunc ad presūs aliqua *deportationis* elementa tractāda. Statim id inquirendū est, quānam capitis deminutione adficiatur deportatus? Sed nō antea respondebo, quam leuiter perstringā, quid capitis deminutio, & quotuplex sit. Capitis deminutio est, prioris status cōmutatio. l. 1. ff. principio I. de cap. demin. caputq; pro tribus vsurpari, scilicet libertate, ciuitate, & familia ex iuris tā cōsultis, quam interpretibus, aut difficile est haurire. Misishis quasi passim obijs, explicemus cur *deminuo*, significet *mutare*. Id quod mutatur, de illo minuitur, quod antea erat: & ideō si homo liber ad precīū participandū se se venūdari patiatur, capite mutatur, quia status eius pristinus, id

est eius libertas minuitur. Vnde Festus in *minutus* ait minui populi luctum ædis dedicatio-
ne, luctro â Cenforibus condito, vel voto pu-
blice suscepto soluto, &c. quæ minutio non
aliud est quam tristitiæ in læticiam mutatio
Paulus Diaconus minutum dici ait ex Græco
imperatiuo *μείων*, id est. *minus* *αποτα μικρόν*, quasi
minuere sit *μείων ἐχόν*, *minus habere*, vnde *μειο* est
minorem facio, de minus. Per quā bellê ergò inde
deducitur *minuo* ideopro *muto* accipi, quia qui
statum mutat, quem prius habebat, minuit.
Sic de Ioue in taurum transformato Martia-
lis in apophoretis epigramate, quod inscribitur E V-
ROPA PICTA.

*Mutari melius tauro, pater optime diuine,
Tunc poteras, Iô cum tibi vacca fuit.*

Sic etiā qui statū mutat, siue in meliorem, si-
ue in deteriore, minui capite dicitur, quia pa-
rū refert, an quis augeatur fortunis, an de mi-
nuatur, vt primus ille status cōsumatur, & de-
pereat, & ob id mutatus capite de minutus di-
catur, quia reuera mutauit, & perdidit caput,
quod prius habebat, quale illud esset. Et quia
triplex status est, ciuitatis, liberratis, & fami-
liæ, totidē mutationes, totidēq; sūt capitis de-
minutiones: cū familia mutatur *minime* capi-

in Agam de
hac in exercitiis
omnibus libro
tertio

tis deminutio dicitur. eū ciuitas amittitur, me-
dia, cū libertas, maximā. l. ult. ff. de cap. minut. Vl-
pianus lib. reg. tit. xj. de tutel. Iustinian. l. de cap.
demin. Mediā, ergo capitis deminutiō. patitur,
cui aqua & igni inter dicitur, & qui in insulā depor-
tatur. distal. ult. §. minor. l. de ca. dem. l. si quis filio
vj. §. eius. ff. de in iust. ru. l. i. §. hi quibus. ff. de leg. iij.
l. inter penas vj. ff. hic. Vlpianus dicto tit. xj. §. me-
dia xij. quia licet, libertatē nō amittat, ciuitatē
perdit, l. deportatus xv. hic, & ad peregrinitatē
redigitur. l. sed si hac x. §. sed si per penam. ff. de in-
iust. vocando. Peregrini dicebantur omnes, qui
ciues Romani non erant, vel, vt explicat Var-
ro, qui suis legibus utebantur, non Romanis.
(Hi in xij. tabulis hostes dicebātur Cicero lib.
i. offic. Festus in hostis, qui meminerunt legis
decemuiralis de vsucapionibus sic conceptę
**ADVERSOS OSTENS AETER-
NA AVTORITAS EST OD.** &
quos nunc hostes dicimus, tunc perduelles ap-
pellabant Caius in l. quos nunc. ccxxxiv. ff. de
v. s.) quo sensu Suet. in Clau. cap. xvj. dixit splē-
didum virum, Græciæ que principem ad pe-
regrinitatem fuisse redactum a Claudio: Nec
prætermittam, quod tradit Plinius Secundus
lib. iij. epistola ad Cornelium Minutianum de Lici-

niano rhétore de Senatore. Idem cum Græco pallio amictus intraſet carēt enim toga & iure quibus aqua & igni interdictum eſt poſtquam ſe compoſuit &c. eſt enim toga indumentum proprium civiū Rom. l. ſed ſi accepto xxxij. ff. de iure ſiſ. Tertull. lib. de pallio cap. 1. Proh quantum circumſeuit, à Pe-laſgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, palliū vero Græcorum fuit, & ob id peregrinorum, ut doctē notauit Iacob. Pamel. ad lib. de pall. an. not. 1. & pluribus ad eundem librū Claudius Salmaſi. poſt Hotmanum, Roſinum, Lipſiū, & cæteros.

Plura ſunt, quæ aduerſus ſupra dicta principia obijciuntur. Primo opponi ſolet Calliſtrati locus in l. cognitionum v. §. conſumitur iij. ff. de roar. & extr. cog. ubi I. C. aqua & igni interdictione, ſive de portatione libertatem amitti dicit. At cum libertas amittitur maxima capitis deminutio contingit. Ergo deportatio mæximam capitis deminutionē irrogat. Augetur difficultas ex Seuer. Boetij teſtimonio in Cicer. topic. Maxima capitis deminutio eſt, inquit Boetius, cum & libertas, & civitas amittitur, ut deportatio. Primam difficultatem antiquiores viderunt, ſed non ubilem ſolutionem pri-

mus dedit Anton. Gouean. *lib. ij. var. cap. xj.*
 de libertate ciuili accipiens Callistratum,
 quem, velut agmine facto, sequuti fuere com-
 plures. *Rebardus lib. iij. varior. cap. v. textum*
emendans pro veluti. legendum censuit vel
uti, quæ emendatio forte Accursiana est, &
ex libris veteribus, sed pandectis Florentino
rum omninò contraria: sed non ideo defuit
qui calculo albo euasione probaret. Sanè
electionis ius nemini præripiam, licet harū
neutra mihi probetur, nec operose reijcere
conabor, sed leuiter aduertam iuris consultis
inusuatum esse libertatem pro ciuili^b vsur-
pare, cum nō oratorie, vt Cicero, sed propriè
ament loqui. Sic reijcio solutionem Gouea-
ni. Solutio Ræuardi miserum est aufugium,
ad quod non est confugiendum nisi in despe-
ratis locis. Dicam ergò Callistratum ibi egis-
se de extraordinaria cognitione de existimatio-
ne laesa, tam de minuita, quam omninò cōsumpta, mi-
nuique existimationem dixisse: cū salua ciui-
tate, & libertate quæ duo vno libertatis voca-
bulo comprehendit circa statum dignitatis
persona plectitur, veluti relegatione, que saluo
statu, id est iure ciuitatis, & familia, contin-
 oit.

Cul ad Iustin.
 & nou. 2. Du-
 ar 1. disp. 6. 9.
 plerique ex no-
 uis libris Iusti-
 ni interceptis
 gibus.

a Pich. 1. I.
 de pub. iudic. v.
 x.
 b Hoc in aliis
 bi adnotauit
 Cuius, licet
 Gabiani solu-
 tionem inherē-
 huc locum ex-
 cipere.

git. l. ij. ff. de cap. min. Sic explicuit quid esse, *minui existimatio*: per consequens, *consumi existimationem* tunc docuit, cum pœna infligitur, quæ mediam, aut maximam capitis deminutionem irrogat, nam omni statu consumpto, & existimationem consumi necessarium est. Sed quia parum refert, an quis mediam, an maximam capitis deminutionem, patiatur cum utroque casu *consumi* dicatur eius *existimatio*, iuris cōsultus nihil scrupulosus exempla mediæ, & maximæ capitis deminutionis miscuit, & confudit. Quod & fecit in. §. *minuitur* ij. vbi cum meminisset solius amissionis libertatis, proculdubio sub ea comprehensam voluit mediam capitis deminutionem, quod exemplis propositis patefecit. Hæc Antonius Fab. in *Papinian. tit. xvj. pr. l. illat. iij.* & Hubertus Giphanius ad *Iustin. pr. l. de capit. demin.*

Nunc ad locum Seuer. Boetij accedamus quo motus Franciscus Hotman. nō dubitauit pro certo asserere deportationem in principio ademisse etiam libertatem: nam si deportati, inquit, naui inclusi, vagis vndis, & freto dati magis morti, quam insulis tradebantur, qui libertatem non amitterent? ac per conse-

quens maximam capitis deminutionem pate-
rentur? Sententiam hominis & concors iuris
consultorum chorus, & sæculum Boetij non
ferūt, vixit, & honoribus defunctus fuit Boe-
tius sub Imperatore Iustino, & a Theodori-
co cum Symacho occissus fuit, vt vltra Zona-
ram *lib. iij.* & alios auctores, tradit Luitpran-
dus, si nō est Ratuerus, *de vitis Roman. Pont. c.*
lv. suo Iohanne: extat epistola Cassiodori, cui
suppar fuit, viri laudibus referta *lib. I. var.*
epist. xlv. Ergo tam nouus author de re tam ve-
tere, vt de præsentī, in supide loqueretur. Qua-
re ergo citius mutillum locum crederem,
vel ignorationem iuris in Boetio accusarem,
quam ius contra expressa *l. C. respōsa*, & Im-
peratorum rescripta admitterem. Denique
interpretare tu pro tuo palato, dummodo id
præscias nō maiorem auctoritatem vni Boe-
tio esse, quam omnibus iuris consultis. Nam
& Græcus το κατὰ νόμα, etiam ei sententiæ hæ-
sit, vt deportatio seruitutem penę irrogasset,
sed derisus eo nomine fuit a cæteris, & in nos-
tro *tit. thes. xv. lit. F.*

Solet etiam obijci deportationem mag-
nam capitis deminutionem dici in *l. I. §. capi-*
tis

tis viij. ff. ad S. C. Tertill. verba deficiilia sunt: nisi magna capitis deminutio interueniat, quæ vel ciuitatem adimit, ut puta; si deportetur, Accursius ibi, & post eum aliqui institutionum interpretæ mediam capitis deminutionem *magnam* appellari docent respectu minimæ, quemadmodum & *minor*, §. *minor*. l. de capit. deminut. cōparatione facta ad *maximam*. His suppositis textus non obstat, nam ait hæreditates, quæ ex xij tab. deferuntur minima capitis deminutione perimi, arg. ex. l. tutelæ vij. ff. de capit. minut. l. capitis xj. ff. de suis, & leg. her. eas verò, quæ ex nouis legibus, vt ex Senatus Consulto Tertuliano, non alia, quam *magna* respectu minime id est, *mediæ*, & ob id multo melius *maximæ*, §. sciendum ij. l. de S. C. Orphie. Quæ interpretatio suadetur, ex. l. i. §. si filius. iij. ff. de suis, & leg. heredit. vbi Vlpianus ait, filio de medio sublato nepotes in ius suorum succedere, *filius autem*, subdit, *suus heres esse desit*, si capitis deminutio ne vel *magna*, vel *minore* exiit de potestate: quibus verbis duplicem capitis deminutionem intelligi certū est, siue *maximæ*, & *mediæ*, siue *mediæ*, & *minimæ*. Si *maxima* & *mediæ* intelliguntur, paululum iam deflectitur ad *magna*, vt pro *ma*

xima accipiatur, quo exemplo in nostro textu
magna delecti poterit, ut pro *media* accipia-
 tur. Si *media* & *minima*, vide quam ex illo tex-
 tu Accursij sententia probetur: nam *magna* di-
 citur ibi, quæ *media* est, & quæ minima est, *mi-
 nor* nuncupatur. Suaderur tandem prædicta
 solutio Accursianorum ex l. i. ff. de *usufr. leg.*
 ubi Paulus ait usufructum extra ordinem
 constitutum viæ, itineris, aut alterius seruitu-
 tis finire usufructuarij morte, vel ex *magna
 causa capitis diminutione*. Quibus verbis mediâ
 capitis diminutionem significari omnes au-
 thores, quos vidi, docent (immo ob id pleri-
 que eorum hanc clausulam Tribuniani esse
 velut respicientis ad l. pen. C. de usufr.) En er-
 go ubi ex magna causa dicitur capite demi-
 nui ille, qui mediâ capitis diminutionem
 patitur. Cur igitur mediâ capitis diminutio
magna non dicetur, cuius irrogandæ *magna cau-
 sa* est? Adiuui alienam solutionem omni co-
 natu, ut meritò, qui nouator non sit, sine frau-
 de ei acquiescere possit, quæ, fateor, seruata li-
 terâ mihi gratissima est. sed per elegantem,
 assignabo, lōgē que philologis, & criticis pro-
 batiorem inuersâ parumper lectione. Inquit
 Vlp.

Vlp. Nisi magna capitis deminatio interueniat, quæ vel ciuitatem adimat, vt puta si deportetur. Muta sic mecum: VEL QVÆ, vt de duplici capitis deminutione Vlpianum loqui dicamus, mediâ, & maxima, tunc quæ id exemplum, vt puta, si deportetur, mediæ erit.

Obijcit Hotmanus l. iiii. §. ult. ff. de gradib. & affinit. vbi Modestinus ait amittere ad finitatis, aut cognationis ius, qui aquâ & igni interdictus est, aut alio modo capite deminutus, vt libertatem, & ciuitatem amittat. Quam legem de libertate ciuili accepit, iuxta ea, quæ supra diximus: sine necessitate tamen: ibi enim Modestinus dixit amitti ius cognationis duplici capitis deminutione, mediâ scilicet per quam ciuitas, & maxima, per quam libertas amittitur, vt Iustinianus, qui a Modestino habuit, expressius tradidit in §. ult. l. de cap. demin. vtrunque periphrasi ostendit, nam pro media capitis deminutione, aqua & igni interdictionem, pro maxima effectum amissionis libertatis, & ciuitatis posuit. Frustra ergo ad machinamenta in re clara recurrimus.

Magis eget explicatione, quam obloquitur Vlpiani testimonium in l. qui cum xiv. §. 15

demum. ff. de bonis libert. vbi postquam in *legis princ.* docuit remoueri à contra tabulas possessione bonorum liberti eum, qui, cum maior natue esset, libertum capitis accusauerit, vel in seruitutem petierit. Iudic in d. § is demum. eum videri capitis accusasse, qui tali iudicio reum appetit, cuius poena, aut supplicium habuit, aut *exilium, quod sit vice deportationis.* Non id in hac lege quaero, cur capitis poena, quae ita generaliter accipitur, vt etiam poenam exilij comprehendat, l. 2. §. 1. ff. de publ. iud. l. 2. l. capitalium xxviij. ff. de poenis, in ea ita specialiter accipitur, vt exiliū capitalis poena non sit; nanque capitalis poena, & generaliter vsurpatur, quo casu exilium deportationis complectitur, & specialiter, & tunc tantum pro poena capitis recipitur, vt in hac lege. Cuius rei non desunt exēpla in l. iij. ff. de pen. & in l. transgredire xvij. C. de transact. ex interpretatione Donelli. Tantū id inquirō, quod exilium sit id, quod priuat ciuitatis iure, tanquam deportatio? dicerem tacite ibi sub intelligi aquā, & igni interdictionem, nisi deproatio potius vice aquā, & igni interdictionis, quā aqua & igni interdictio vice deportationis esset. l. iij. ff. ad l.

ad l. Iuliam pecul. Melius ergo explicabimus legem, si illud exilium, quod vice deportationis est, de damnatione ad opus publicum accipiamus: nam ad opus publicum damnati *ἀποδιδες*, fiunt, non serui. l. sunt quidam xvij. §. i. ff. de pœnis.

quos vidi ad
textum, alto si
lencio id tran-
figunt.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

Propositio tractatus huius capituli. Tutela iure civili introducta est, atque est ex his rebus, quæ solum ciuibus communia sunt, & quia munus publicum, his qui munerum sunt participes. Quid sit municeps, & quomplex eius usurpatio? Explicatur lex etiam non municeps x. ff. de tutel. Agellius. Festus, & Isidorus Illustrantur.



Eximus tribus precedentibus capitulis de antiquo iure interdictionis, definitione deportationis, & capituli deminutione, quæ tanquam prolegomena sunt ad nostræ materiæ retractatū. Nunc

de effectibus deportationis cœperimus agere. Et ex eo, quod superiore capite, diximus deportatum ciuitatem amittere non libertatē, deducitur deportatum omnia ea, quæ iurispergentium sunt, & ob id omnibus hominibus communia, conseruare, ea verò quæ iuris ciuilibus sunt, & Romanis ciuibus propria amittere. *l. deportatus xv. ff. hic, dixi ciuibus propria,* quædam enim iure ciuili introducta sunt, quæ quàm ciuibus, tàm peregrinis conceduntur, vt actiones, de quibus longus est sermo à nobis factus, in *l. relegatus xiv. §. ultimo hic.* Tutela, vt ad rem accedam, iure ciuili data est. *l. i. ff. de tutel. pr. l. eod. tit.* & quidem ob specialem rationem solis ciuibus competens, quod si euicero, neque in glorium. puto, nec infructuosum erit, spero. Non ciues ciuibus tutores dari non posse sic probo. Tutela munus publicum^b est. *l. non tantum xvij. §. eos qui in corporibus ff. de excusat. tut. pr. l. eod. tit.* At munerum ciuiliū nullus erat particeps, nisi qui eiusdem ciuitatis ciuis. *l. et qui originem iij. in princip. §. liberti, viij. l. cura iij. §. ult. ff. de muner. et honor.* Ergò non ciues ciuibus Romanis tutores dari non poterunt, quia eius muneris

6 Reuar. in l. ipse R. l. recludat sed reijcitur ab Hillig ad Don. lib. iij. c. 6. c. 1. d. h. A.

in ea ciuitate obeundi incapaces sunt. Neque obstat omnes constitutione Antonini, de qua *in l. in orbe xvij. ff. de stat. hominum*, ciues Romanos factos fuisse. Nanque inter alia, quæ istis communicatæ non fuerunt, id proculdubio fuit, vt in alia ciuitate munerum participes non essent, ne munera ab infcijs, ab illa que Rep. alienigenis tractarentur, vt liquebit ex integritatibus ad municipalem, & de incolis, de muner & honoribus, C. de municip. & originarijs, cū alijs, qui maiori ex parte nouiores sunt d. cōstitutione Antonini.

Sed Iacobus Cujacius *lib. iij. obser. cap. ix.* existimauit nōciuem tutorem ciui dari posse, motus Vlpiani loco *in l. etiam non municeps. x. ff. de tutelis, ubi l. C. ait non -municipē municipi tutorem dari*. Ergo, deducit Cujacius, nonciuis ciui tutor esse poterit. In quare etiā antiquiorum sententiæ variæ sunt, sed non magis in hac re omnium sententiæ me mouerēt, quam vnius magni Cujacij. A quo ob *supradicta* nihilominus recedo, neque obstat *d. l. x.* quæ sibi enē explicetur, potius partem meam apprime fulcit. Municeps, vt aggre di ar, sic definitur ab Agellio *lib. xvj. not. Attic.*

cap. xiiij. Cui; Rom. ex municipio suo iure, & legibus suis utens, muneris tamen cum pop. Rom. honorarius particeps, & profequitur Agellius; a quo munere capeſſendo appellatus videtur. quali municeps dicatur munerum particeps. l. i. §. i. ff. ad municip. l. munus xvij. ff. de V. S. Municipibus, vel cum ciuitate ſuffragij ius dabatur, vel negabatur vt Cæritibus. Agell. ſuprà, & Feſtus Pomp. in municipio. Itē municipes, vel propriē, vel impropriē dicūtur, impropriē municipes dicūtur omnes cōciues, licet ciuitas ſue municipij ius non habeat, quia inter ſe munerū ſunt participes. d. l. i. §. i. l. municipes ccxxvij. ff. de V. S. de quibus intelligendū eſt D. Iſidor. Hiſpalenſis lib. ix. orig. cap. iv. municipes, inquit, ſunt in eodem municipio nati. Propriē municeps eſt, qui cum ciui Romano muneris eſt particeps. Ergo Vlp. in d. l. x. de municipe impropriē dicto accipiendus eſt, quomodo, & ſenſu magiſtratus municipalis, dicitur. lex municipalis, & ſimilia. Itaque ſenſus eſt etiam illum, qui alterius ciuitatis eſt, poſſe tutorem dari, dum tamen illi detur, qui illius ciuitatis eſt, in qua magiſtratus municipalis officium gerit. Sed dices, magiſtratus municipalis, nec ei pupillo;

id eſt eius ſententia in Co
munijs ſerua
da.

loqui suæ ciuitatis non est, nec illum, qui alterius est municipij, tutorem dare potest. *l. ius dandi iij. ff. de tutorib. & cur. dat. ab his. l. l. neque à præside. v. C. qui dar. tut. pos.* Ergo in *d. l. x.* magistratus municipales extraneum tutorem dare non potuit licet pupillo suo. Augetur difficultas ex superiore ratiocinatione, nam si ideò non ciues tutores dare non possunt, quia munerum participes non sunt, sic neq; hi alienigenæ tutores dari poterunt, quia cū pupillo alius municipij muneris participationē non habebunt. Sed respondeo verum esse magistratum municipale alium, quam sui municipij ciuem tutorem dare non posse; hoc tamen intelligendum est, si in illo municipio inopia habilium personarum non sit, quia si sit, in defectum municipali suo pupillo alterius municipij ciuem tutorem dari poterit ex *D. Marci rescripto. l. Diuus xxiv. ff. de tutorib. & curat. datis ab his.* His ergo suppositis terminis intelligenda est *d. lex. x.* ubi etiam satis indicat non generaliter loquutum fuisse *Ulpianum*, sed particulariter, & aliquando, id est quo casu copia habilium personarum in sua ciuitate non sit. Neque obstat non municipē

tutorem municipi dari non posse, quia muneriscum pupillo particeps non est, nam magistratus municipalis non dat suo iure, & ex persona sua, sed nomina datorum præfidi confirmatur o mittit. *d. l. diuus xxiv.* quicum omnium provincialium supremus magistratus sit, pro officio non ciuem compellere poterit. Ex quo id satis probatur per contrarium tatum ciues ciuibus tutores dari posse, & per consequens alienigenas tutelis ciuium Rom. arceri, quia cum illis munerum participatio nem non habet. Hæc est igitur ratio ob quam deportatione tutoris finiatur tutela omnis *l. adrogati xiv. ff. de tutel. §. I. §. sed & capitis deminutione iv. l. quib. mod. tutel. finit.* quia cū ob mediam capitis deminutionem ciuitatem amittat deportatus, desinit esse munerū particeps.

Sed tunc acerrime obstat textus vere difficilis in *l. si quis tutor. xv. ff. de tutel.* ubi Vlpianus ait transfugam, quia seruus non fit, tutorem manere. At certum est transfugam mediam capitis deminutionem pati *l. amissione v. §. I. ff. de cap. min. l. postliminium xix. §. filius vij. ff. de captiuis & postlim. reuerf.* Ergo deportatus, cum liber maneat, licet amittat ciuitatem, tutor

mane

a Non sic, licet præiudicet Gothofr. ad *l. N. C. qui dar. in ver. pos.* quod Hillig. lib. iij. v. 14. lib. F. de municepe ciuitatis Romanæ improbat. *hile. est.*

manebit exemplo transfugæ. In desperatiss.
 responso nullus antiquorum, aut recentium
 ingenium suum non exercuit: solutiones eo-
 rum, neque referam, nisi quas probauero, ne
 que reijciam, cōtentus meam exponere, quæ
 mihi, fateor, non satis fida est. Antea ergo ex-
 ponam textum.

Inquit Vlpianus: **NON SIT CAPTVS**
AB HOSTIBVS: nam si ab hostibus captus
 fuisset, vel pupillus, vel tutor tutela omnino
 finiretur *l. adrogat i xliij. §. alijs, ij. ff. de tutel. §.*
I. I. quibus mod. tutel. finit. & ideo capto ob hos-
tibus tutore tutor datur, non curator §. ab hos-
tibus ij. l. de Atiliano tut.

EXPOSITIO
 LXV. FF. DE
 TUTEL.

Idquit Vlpianus. **SED MISSVS AD-**
EOS QVASI LEGAT^o, AVT ETIAM
RECEPTVS AB EIS AVT TRANSFV-
GERIT: Morem priscum pop. Rom. qui
 in his verbis latet, calleo, sed non sat mihi fi-
 delia hæc verba sunt. Paciscens cum hoste in
 consulto senatu, vt religione ciuitas liberare-
 tur, nudus, & post tergamanibus reuinctus ho-
 stibus dedebatur, sic T. Veturius, & Sp. Pos-
 thumius Sāniribus dediti fuerunt, obrē male
 gestam, & pacē ignominiosā pactā ad Caudi

nas furcas. *Liuius lib. ix.* Sic C. Hostilius Mancinus Numantinis. *l. ult. ff. de legationibus.* Florus *lib. ij. c. xix.* epitoma *Liuij lib. lv.* Paterculus *lib. posteriore.* Eutropius *lib. iij.* Post eum C. Hostilius Mancinus Cos. iterum cum Numantinis pacem fecit infamem, quam populus, & senatus iussit infringi, atq; ipsum Mancinum hostibus tradi, ut in illo, quasi auctore foederis vindicarent. Item si rumpendi foederis auctore erat. Sic de Brutulo Papio *Liuius lib. viij.* in fine Audebantque iam quidam, Samnitium nominare auctores armorum. Vnum maxime nomen per consensum clamantium **BRUTVLIPAPII** exaudiebatur. Vir nobilis potēsque erat, baud dubie proximarum induciarum ruptor de eo coacti referre pratores decretum fecerunt, ut Brutulus Papius Romanis dederetur. Item si legati pop. R. cum hostibus, ad quos adlegabantur, dima cassent. *Liuius lib. v. de Gallis.* Ibi iam virgentibus Romanam urbem fati legati contra ius gēt. arma capiunt. & inferius: Vicere seniores Galli, ut legati prius mitterentur Romam, ut pro iure gent. violato Fabij, hi fuerunt, qui dimicando ius gētium violarunt, dederentur. Hos, si reciperent hostes, ciues esse descisse certum est ex Cicer. in orat. pro Cæcin. Quid? quem pater patrā

Liber primus,

ius dedit, aut suis pater populus ve. vendidit, quo is iure amittit civitatem? ut religione civitas solvatur, civis R. traditur, qui cum est acceptus, est eorū, quibus est deditus. & id ex hoc loco notandum est, & ex loco Eutropij, quē supra dedi, acceptos hos deditos ab hostibus hostiū fieri, siue seruos siue ciues, vt Posthumius deditus visus fuit significasse apud Liuiū d. lib. viij. Sic etiam, & hi qui ex hostibus abibant reditu ad eos promisso, ad eos iterum reuerentes serui fiebāt, vt de M. Attilio Regulo tradiderunt Polyb. lib. I, histor. Florus lib. ij. c. ij. Agell. lib. vj. noēt. cap. iij. Eutropius lib. ij. Horat. lib. iij. carm. Sin autem: hostes deditum accipere nollent quæstioniserat āciuis deditus nō acceptus nō maneret? Res ex factō ab antiquis prudentibus tractata fuit in Mancino, quem vinctum, & sibi deditum. Numantini non receperūt, sicut quōdam Samnites fecerunt: negantes publicam fidei violationem vnius lui sanguine debere. Paterculus lib. ij. Quidam existimarunt non receptum ciuem manere, inter quos fuit Brutus, vt non obscure colligitur ex Modestini testimonio, de quo in l. iij. §. I. ff. de captiv. & pestl. reuers. Sed Publius, & Quintus Mucij.

hūc ciuem Romanum manere negarūt, quia quem semel populus iussisset dedi, ex ciuitate expulisse videretur *l. ult. ff. de legationib. & ideo vt Mancinus a Numantinis non receptus* ciuitatem recuperaret populus rogatus de eo fuit, & iussit vt ciuis maneret, post quam rogationem, & præturam gessisse dicitur d. l. ult. iunctâ illustratione doctissimi iuris consulti primarij Salmanticensis Doctoris Don Melchioris de Valentia lib. 1. *illustr. tract. iij. cap. vj. ex num. iij. Vel receptus* ob hostibus trans fugerit, & ad suos repedauerit, quo casu non magis ciuitatem R. illico recuperat, quam ille retinet, qui ab hostibus receptus non fuit: sed quia in his casibus semper populus *hos esse ciues* iubebat, vel *non receptum* non amittere ciuitatem, vel *redeuntem* recuperare non in vno loco legimus. Sanê sic intelligendus est Cicero in orat. pro Caccina in his verbis: *Si non accipiūt hostes, vt Mancinum Numantini, retinet integram causam, & ius ciuitatis.* Quod sic intelligendum est: retinent integram causam, quia nullus nō recipitur ab hostibus, qui statim ac iuibus suis non recipiatur, Et ideo Pontius Samnis huius iuris Romanorum guarus sic, cum *deditos* non
recipe

reciperet, apud Lium dicto *lib. ix.* loquitur: *Ego vero istos, quos dedi simulatis, nec accipio nec dedi arbitror, nec moror, quominus in civitate obligatam sponsione commissa iratis omnibus dijs, quorum illuditur nomen, redeant.* Nunc hanc antiquissimi publici iuris pulcherrimam partem paucis recolligamus.

Deditus, si ab hostibus recipitur, hostium fit, sed si ab eis non recipitur, vel receptus transfugit, & ad suos remeat civis manet. Hoc sibi volunt verba Vlp. in hac lege, sed difficile id ex verbis, fateor, probari potest. Nihilominus scrutemur, & ruminemus ea: Inquit Vlp. *quasi legatus*. id est, quia prolegato, quem percussit, hostibus deditur. Vel quia cum legatus esset, in eos, ad quos mittebantur, hostiliter pugnavit. Inquit Vlp. *aut etiam receptus ab eis, aut transfugerit.* Donell. *lib. iij. com. c. xiiij.* secundæ disiunctivæ aut adiecit H, ut negatiua esset, certe contra sensum legis. Ego adijci primæ disiunctivæ, ut legamus: *haut etiam receptus ab eis, aut transfugerit.* Sed tibi, qui ut omnium solutiones accuses, superstitiosè vis literam mordicè retinere, satisfacere possum: licet literam recipiam: dicam enim eundem

sensum ex dictis verbis deduci posse, potuit enim Vlp. exemplis parcens, vel potius Tribonianus breuitati consulens, casus, in quibus reuersus ab hostibus ciuitatem consequitur, omittere, contentus vnum posuisse, transtugij scilicet, supple tamen tu mecum sic: *aut transfugerit, aut ab eis dimittatur, aut ex iussu populi alijs captiuis permute tur &c.*

Inquit Vlp: **QVIA SERVVS NON FIT.** non quia non alius tutor esse desinat, quam qui seruus fit, nā sufficit amisisse ciuitatē, vt & tutela amittatur, vt *supra* dixi: sed quia hi omnes, de quibus loquebatur Vlp., vel seruitutem erant subituri, vel integrum statum retenturi: Nanque si recipiuntur, hostium fiunt. Cic. *pro Cæcin.* iam allegatus: si reuertuntur, ciues manent, & omnem statum recuperant. Ergo satis habuit Vlpianus negare hos seruos fieri, vt inde doceret hos integri iuris manere.

Inquit Vlp. **TUTOR MANET** eo sensu, quo Cicero dixit *non receptus ciues manere*, quia cum continuo istis iussu populi ciuitas detur, recuperare videntur. Nam & *maneo* de eo qui aliquid recuperauit dici potest, nō respectu

pectu præteriti temporis, sed præsentis, & futuri, quemadmodum, & pro imminere apud Virgi. *lib. vij. Æneid.* adnotante Nonio in *lib. de varia. signif. serm.*

Te, Turne nefas, te triste manebit

Supplicium.

Sed pro recuperare manere in præsentis & futuro tempore usurpari, omnium optime probat noster epigrammatarius *lib. x. epig. xliiij.*

Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis:

Te que tuas numeres inter amicitias.

Inquit Ulpianus: SED INTERIM quia cū Posthumius à Samnatibus, & Mancinus à Numantinis non fuissent recepti, *deditorum* reditus non erat desperatus.

Inquit Ulpianus: ALIVS TVTOR DA TVR: vel ex hoc ipso constat vrbe pulsos, tutores manere non posse, cum, si tutores manerent, alius tutor dari nō posset, sed curator *l. solet xliij. ff. de tutel. §. pen. l. de curator. cū alijs.* Sed hic tutor definit, cum *dediti* in ciuitatem redeunt, non aliter, ac cum captiui in limen patrium remeant. *§. ab hostibus ij. l. de Attil. tur.*

quod Don. lib. iij. c. 15. de difficultate reditus dixit, nō multum ad rem,

Sic explicata lex si tutor xv. ff. de tutel. nihil nobis obstat, quia non loquitur de trans fuga ad hostes, sed potius de ciue, qui fuit noster, ad nos iterum ex hostibus transfu-
giente.

CAPVTV.

SVMMARIVM.

Connubium proprium est ciuium Rom. De-
portatus in connubij non habet. An ma-
trimonium rite contractum de portatione
secuta dissoluatur? Non dissoluitur: nisi post
coniugis casum coniux in eadem volunta-
te noluerit perseuare. Idem ante, & post
Constantinum. Explicantur l. si quis sti-
puletur lvj. ff. solut. matr. lex lege xliij
§. plane. ff. de ritu nupt. l. res vxoris xxiv
ff. de donation. inter vir. nouell. xxij.
cap. xij. Exemplum de pellicibus addu-
citur, & obuius explicatur l. vnica C. de
concubin.



NTIAM ius connubij propriū
est ciuium Rom. Vlp. lib. reg.
tit. v. §. connubium iij. Senec.
lib. iij. de benef. c. xxxv. Promi-
si tibi filiam in matrimonium; pos-
tea peregrinus apparuisti, non est
mibi cum extero connubium. Seuerinus Boetius
in topica Cic. Non omnibus erat connubium cum Ro-
manis; nec erant nuptiae iure contractae, quae non in-
ter ciuem Romanum ciuem q, Romanam inibantur.
& ideo Iustinianus in pr. de nuptijs ait ciues Ro-
manos inter se, iustas nuptias contrahere. Er-
go de portatus ius connubij non habebit, fi-
lijque ex eo matrimonio suscepti, non ma-
gis ciues erunt, quam si ex duobus peregri-
nis nati fuissent l. ex facto xvij. §. ex facto v. ff. ad
S. C. Trebell. In qua re planē nulla, vel minima
difficultas est. Illa est certe controuersia nobi-
lis, an deportatione matrimonium iure ciui-
li cōtractum dissoluatur? quæ adeo ab aucto-
ribus est vexata, vt verē plus celebritatis, quā
difficultatis habeat. Sit ergō resolutio huius
quæstionis hæc: Matrimonium non dissolui-
tur deportatione, aut aqua & igni interdi-
ctione,

etione, nisi post coniugis casum coniux in eadem voluntate noluerit perseverare. Hoc non magis iure Codicis, quam Digestorum *l. sed si mortis xiiij. §. 1. ff. de donat. inter vir. l. si a filia v. §. 1. ff. de bonis damn. l. 1. C. de repudijs l. res uxoris xxiv. C. de donat. inter vir. lib. xxviiij. B. s. licon. tit. vij. Mariti deportatio non dissolvit matrimonium.*

Solet obijci *l. si quis sic stipuletur l. vj. ff. solut. matr.* ubi Paulus respondit stipulationem illam: *Si quo casu Titia tibi nupta esse desierit, dotem dabin?* omnem causam dissolvendi matrimonij comprehendere, veluti si mulier ab hostibus capiatur, vel acilla fiat, *vel etiam si deportata fuerit.* Hic ultimus modus notatur, ex quo euinci videtur deportationem solennē esse modum dissolvendi matrimonij. Adaugeo ego difficultatem à simili. Lege Iulia cavebatur, ne ingenuus, ne ve senator duceret eam, quæ artem ludicram exercuit, aut eius pater, aut mater. *l. lege Iulia xliiij. ff. de rit. nupt. Vlp. lib. reg. tit. xiiij.* Finge: Titius honestam foeminam duxit, sed hæc mox artem ludicrā cæpit exercere. Quæritur an nuptiæ dissolvantur, cum perueniant ad casum, a quo inchoare

re non possint? & dissoluantur, nam Paulus *di-*
mittendam (nota necessitatem) fore respōdit.
d. l. lege xlv. §. plane. ff. de rit. nup. Ergo matri-
 monium enter ciues contractum dissoluendū
 erit altero ex coniugibus deportato, cum ad
 eum casum perueniat, à quo incipere non po-
 terat. argumento ex *l. pluribus. c. xl. §. & si ij. cū*
similibus ff. de V. O. Ius ita fuit: coniux, qui in
 ciuitate manebat, volens in matrimonio per-
 seuerabat cum cōiuge deportato, sin verò no-
 lebat, in eius arbitrio erat, alteram ducere
 vel alteri nubere. Audi vērba Alexandri in *d.*
l. i. c. de diuort. Matrimonium quidem deportatione
vel aqua & igni interdictione non soluitur, si casus,
in quem maritus incidit, non mutet uxoris adfectio-
nem. Si ergo in laudabili proposito perseuera-
 re volebat coniux verum, & naturale matri-
 monium inter eos durabat. Cuiac. in nouell.
 xxij. non iustum, aut solenne, nam id tantum
 constabat inter eos, quibus ius connubij erat,
 vt diximus *supra*: & ideo filij ex hoc matri-
 monio nati non magis in potestate erant pa-
 tris, quam si ex concubina suscepti essent. *d. l.*
ex facto xvij. §. ex facto. v. ff. ad Treb. vt bene ad
 notauit noster D. Franciscus de Amaya lib. i.

obseru c. xij. num. xvj. Ergò sensus d. l. si quis lvi. facilè deprehenditur: quia ibi I. C. non asserit deportatione solui matrimonium, sed ex generali stipulatione agi posse, quocumque casu soluatur, vel captiuitate, vel seruitute ~~vel etiam si deportata fuerit.~~ quo casu scilicet deportatione soluitur matrimonium, id est, si maritus in coniugio manere noluerit. Hæc solutio Francisci Conani est lib. xiiij. com. cap. x., â quo habuit Ant. Faber in iuris pr. tii. ix. pr. I. illat. iij. quem falsò aliquis iactauit auctorem.

Simile, quod adduxi, de lege Iulia nō multum obstabit, si obserues lege Iuliâ de maritâdis ordinibus inteream, quæ artem ludicrâ exercuit, & quemuis ingenuum, siue ex primo ordine plebis, sibe ex secūdo equestris. Nihil addi potest his, quæ grauiter, & erudite docuit optimus, maximus que præceptor meus Doctor Franciscus Ramos del Mançano in com. m. s. (iam hæc comentaria publico musarum bono, prætertim ciuilis prudētiae in lucem prodeunt) ad ll. Iuli. & Papiam I. parte cap. iij. ex num. ij. Matrimonium verò inter peregrinum, & ciuem, nō tam prohibitum expressa

pressa lege est, quam generali lege nō permissum quia dato iure connubij aliquibus, ceteris negatum intelligitur. Nuptiæ ergo quæ expresse prohibitiæ sunt lege Iulia, aut alijs, si ad eum casum degenerint, à quo incipere nō potuerunt, dirimendæ sunt, neque durare possunt, licet coniuges consentiant, quia consensus esse nullus est, cum contra expressam legē detur, argum. ex *lege non dubiū. v. c. de legib.* At verò nuptiæ, quæ magis permissæ non sunt, quam prohibitiæ, licet Iuliæ cæpisset, & post ad casum, à quo initium habere nō potuerūt, perueniant, perseverantibus in eodem consensu coniugibus manent. Id exemplo planū fiet. Si Romana vult peregrino nubere; non prohibetur, licet connubium legitimum nō sit, & filius deterius parentis conditionem sequatur. Vlpian. *lib. reg. tit. v. §. connubio viij.* Cum autem tutor, vel alius ex personis legibus prohibitis uxorem ducit, non tantū non est legitimū connubium, verum neq; est matrimonium *l. non est matrimonium lxxvj. ff. de rit. nupt.* Cuius dissimilitudinis nō est alia ratio, quam quia peregrino nubere *permissum* nō est, sed tutori aut libertino lege Iulia pro-

hibitum l. lege. xlv. ff. dicto tit. Iunge aliud ex l. non est ambigendum xij. §. vbiunque. ff. de bonor. posses. explicatione Ant. Fabri in iuris pr. tit. ij. princip. x. illat. .ij.

Solet etiam obijci Constantinum primū omnium cōstituisse deportatione matrimonium non solui in l. res uxoris xxiiiij. C. de donat. inter. vir. ¶ Ergo Digestorum tempore aliud iuris fuit. Sed hæc difficultas, quatenus ex d. l. xxiv. componitur, non multū est acris quia illa verba: *quia nec matrimonium in huiusmodi casibus*, deportatione scilicet, & aqua & igni interdictione, *dissoluitur*. relatiua sunt iuris noui; vt docuit Amaya supra allegatus. Maior est dicta obiectio, quatenus deducitur ex nouell. xxij. c. xiiij. vbi Iustinianus Constantinum huius iuris auctorem dat. ē verba. *Deportatio. ¶ antiqua aqua & ignis interdictio nō soluit matrimonium hoc enim ¶ sacratissimo pridē placuit Constantino*. Cur Constantino, magis quā Alexandro, "qui Constantinum prope centum annis antecessit? Sed neq; erit difficilis solutio in medio Græcanicis literis posita, & propriissime expositis. Inquit Iustinianus *Deportationem*, & paucis interiectis, *ὁ δὲ αὐτὸς*

ὡς τὰ συνολοκιστῶντο γὰρ δι' αὐτῶν διωκτοῦν πρὸς τὴν ἐκεί-
 Κουσιανῶν, I. deportatio non dissoluit matrimonia,
 hoc enim profecto, & divino antea probatum fuit Cōs-
 tantino, quemadmodum, & Plutarchus dixit
 γὰρ τὰ ἑλκεῖ Κίρεγιν. I. hæc probata fuerunt Ciceroni.
 Δοκῶ enim Græcum accipitur pro assentiri,
 & cum aliquo in eadem sententia esse. Ergo nō di-
 cit Iustinianus Constantinum primū id cōs-
 tituisse, sed constitutiones cæterorum Con-
 stantino probatas fuisse. Sed iterum quæres:
 cur Iustinianus meminit Constantini, & nō
 Alexandri? Respondeo: in omnibus causis
 matrimonij, & similibus, non multum cara-
 sse Iustinianum Ethnicorum principum res-
 cripta, sed Christianorum, quorum, vt Dei,
 sequeretur iudicium *l. liberta xxviii. C. denup-
 riijs.* Vnde fortē nouiter explico textum, qui
 tot ingeniator sit, in *l. unica C. de concubinis*:
 vbi Constantinus vetat vsus pellicum: sunt ve-
 ro pellices coniugatorum concubinæ. Pau-
 lus in *l. libro cxliv. ff. de V. S. Agell. lib. iv. noct.*
Attic. cap. iij. Curtius *lib. iij. de reb. gest. Alex.* In
 tenallo de inde vnius stadij matrem Darij Sygābrim
 currus vehebat, & in alio erat coniux, & paulo in-
 ferius, tum regia pellices trecentæ sexaginta vehe-
 bantur,

tantur, & ipsa regali cultu, ornatu que Ouid lib.
vj. metam. de Progne, & Philomena.

Pellex ego facta sororis

Tu geminus coniux.

Atharum pellicum vsus Digestorum tē
pore non permittebatur. l. ultima in fine ff. de
diuort. l. ex ea parte cxxj. §. i. ff. de V. O. Paulus
lib. ij. sent. tit. xx. Eo tēpore, inquit, quo quis ux-
orem habet, concubinam habere non potest. Ergo va-
na, & superuacua fuit constitutio Constanti-
ni. Solutio ex his, quæ dixi, hauritur. Est con-
cubinarum prohibitio ex his rebus, quæ ex-
pectant Dei iudiciū, arg. ex d. l. liberta xxvij.
C. de nupt. & in quibus non bono exemplo
Katolici principes rescripta gentium lauda-
rent, & ideo a nouo Constantino vel abroga-
ta, vel confirmata fuerunt, vt par erat. Vnde
Iustinianus in l. iij. C. commun. de manumiss. Cō-
stantini constitutionem laudauit, nō anteces-
sorū. his verbis: nec nostra, nec antiqua iura id est

Alia solutio
deducitur ex
Flauio Vopis-
co in Aurelia.
vbi not. Isaä-
cus Casau.

Constantini.

C A P V T VI.

S V M M A R I V M

Patria potestas propria est ciuium Romano-

tum,

rum, ideo deportatione amittitur. nepos in locum patris deportati succedit. sed restitutus filius quaritur, an & ad hereditatē nepoti delatam restituatur. Admittitur primariorum distinctio. Idem de patrono. Explēcantur l. Gallus §. & quid si tantum de lib. & post. l. si pater xl. ff. de adoption.



PATRIA potestas quoque propria est ciuium Romanorum ex l. Romuli Halicarnass lib. ij & ex lege xij. tab. licet eius solum hæc pars exstet, apud Vlpian. lib. reg. tit. x. §. i. ex restitutione Ioseph. Scaligeri ad Festū. SEI PATER FILIOM TERVENOM DVIT FILIVS A PATRE LIBER EST OD. Nulli enim erant qui talē in liberos potestatem haberēt, qualē ciues l. ij ff. de his qui sunt sui. Iustin. inst. de patria potest. Istius patriæ potestatis exēpla quædam insignia sunt. Horatij, qui ure casam filiam ob patriam potestatem pronuntiauit Liuius lib. i. Halic. lib. iij. Seu ilij patris tribuni militaris consulari potestati verba apud Li-

uium lib. iv. Quando nec ordinis huius colla, nec reip est verecundia patria potestas altercationem istam dirimet: filius meus extra sortem urbi praerit. Ergo deportatus nec in potestate patris esse poterit, nec filios in potestate habere. Vlp. lib. reg. tit. x. paragrapho I. Caius lib. I. inst. tit. vj. §. item de potestate ij. l. si pater ix. C. de sent. poss. §. cum autem I. quibus modius ius patriae potest. solu. Quia, vt Vlp. ait. §. iij. deportatus peregrinus fit. Neque autem peregrinus ciuem, neque ciuis peregrinum in sua Potestate habere potest.

Vnde si filiū habeo, & ex filio nepotē, deportato filio nō minus quā mortuo, aut emancipato, nepos primū gradū occupat. l. i. §. si filium viij. ff. de bonor. poss. contr. tab. l. Gallus, xxix. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & post. Ad quem §. Costa, Sarmiētus, & Pichardus post Accurs. & antiquos, quærit, vtrum si filius specialiter à principe restituatur, recuperet non solum familiam, & ius sui, sed etiam nepotem primo gradu deturbet? Eorum distinctionem amplector, inquit illi, vel nepotiaui morte iam delata fuit hæreditas, & sic ius aliquod quæsiuit, cum filius restitutus fuit,

fuit, vel nihil iuris quæſito, nec de lata hære-
ditate ei. Primo caſu filius reſtitutus nepoti
ius ſui, vt ius quæſitum non adimit, ſecundo
caſu, deijcit filius nepotem, ſi a principe ſpe-
cialiter reſtituatur. Nam licet nepos poſt fi-
lij deportationem primum in familia gradu
occupet, & in ius ſui ſuccedar, tamen quan-
diu ei hæreditas de lata non eſt, vel ex volun-
tate teſtatoris, vel ex legis potestate ius illud
in ſpe eſt, quæ amputari, & deficere poteſt
vel morte præcoce nepotis, vel exhæredatio-
ne ab auo facta, vel alijs modis, qui plures ſunt
quibus ius ſui perimitur. Secus verò quando
filius reſtituitur iam mortuo auo, quia iam
reſtituitur tempore, quo hæreditas per exiſ-
tentiam ſua ad quiſita fuit, & fuiſſet iniquu-
um principem vel inde recte ius quæſitum
vlli tollere *l. vlt. ff. de natal. reſt. l. ex facto.
xliij. ff. de vulgari.*

Eodẽ modo ſi patronus deportetur, mox
que à principe reſtituatur, licet filio, vel alij
ius de latatũ fuiſſet, vt in *l. iij. hic. l. iij. §. ij. ff.
de bonis liberz.* tamen ius patronatus recupera-
bit. *l. ſine patrōnus xxj. ff. de iure patron. l. i. ff. de
ſent. paſſ.* ſed non ea, quæ ob ius patronatus no-

ius patronus adquisierat, quia ius patronatus ipse est, tamque si quas operas præsentes habet, vniuersum ius patronatus sequitur, sed quod acquisitū ob id patrono fuit est ius quæsitum. Sed potest obijci Modestini locus *in l. pater filium xl. ff. de adoption. species est hæc. Pater, filiū in potestate habebat, & ex eo non potest filiū emancipauit. & ne potest in potestate retinuit, sed paulo post filiū adoptauit, quē emancipauerat. Quæsitū fuit, a filius ius sui, quod solus habebat, solus etiā esset habiturus de iectio nepotē siue, quod idē est, fuit quæsitū, a mortuo auo nepos in potestatem filij esse recasurus? Negat Modestinus, quia licet filius adoptatus ius sui, quod amisit, recuperet, non ideo nepos ius sui, quod nactus fuit quasi adnascendo amittit: sed vterque suus manet. Ergo a principe restitutus non adimet ius sui nepoti, sed cum eo concurret. Breuiter respondeo principem in antiquū ius, antiquāque patriam potestatem filium restituere, patrem vero ad nouum ius nouamque patriam potestatem adsciscere, & ideo a principe restitutus aget nepotē loco deturbare, vt pristinum ius, quod nepos occupabat, recuperet: allectus à patre, quia non restituitur, & nouum*

ius cap it, non potest remouere nepotem loco, pater enim non restituit, sed princeps. l. i. C. de sent. poss.

CAP V T VII.

SV M M A R I V M.

Testamentifactio etiam est propria ciuium Romanorum: ideo deportatus omni testamentifactione caret, eius que testamentum deportatione irritatur. Explicatur lex si deportati vij. ff. de leg. iij.



ETIAM testamentifactio publici iuris est. l. iij. ff. de testam. id est, vt cor dationes explicant, propria ciuiū Romanorum, lege xij. tab. his solis introducta. l. i. ff. ad l. Falcid. aliās enim ius testamentorum solemne nō fuisset, neque varia testamentorum genera frequentarentur, calatis comitijs, & per æs & librā, de quibus Vlp. lib. reg. tit. xx. §. testamentorum ij. Iustinianus, & ibi Theophilus pr. l. de testam. Agell.

lib. xv. noſt. Attic. cap. xxvij. Quicumque ergo
 ciuis non erat, neque teſtamentum facere, ne
 que ex teſtamento cape re poterat; immo ne
 que libripens, aut teſtis in teſtamentis adhibe
 ri, l. ſi ſeruo c. j. §. i. leg. j. l. iij. ff. de his, quæ pro non
 ſcripti. habentur. Vlp. tit. xxij. §. I. §. teſtes l. de
 teſt. ordin. §. legari xxiv. l. de legatis. Ideo depor
 tatus neque teſtamētum facere poteſt. l. eius
 qui viij. §. I. in inſulam ij. ff. qui teſtam. facere poſſ.
 neque ex teſtamento capere. l. ſi conditioni vj.
 §. ſolemus ff. l. I. C. de heredib. inſtitu. l. I. §. hi qui
 bus. ff. de leg. iij. & ideo irritum fit teſtamentū
 ante factum, ſi teſtator poſtea de portetur.
 l. ſiquis filio vj. §. eius ff. de in iuſt. rupto.

Sed ſtatim obijcitur *lex ſi de portati*. vij. in
 principio ff. de leg. iij. vbi Vlp. ait fideicom
 miſſum relictum ſeruo deportati ad fiſcum
 pertinere, niſi vel deportatus reſtitutus fue
 rit viuo teſtatore, & tunc ſui acquiritur fi
 deicommiſſum, vel ſeruum alienet non in
 fraudem fiſci, & tunc nouo domino acquiri
 tur. Expende ſic: Seruus ex perſona domini
 j teſtamenti ſactionem habet l. ſimili & tibi xii
 §. I. de leg. j. At ſeruus deportati fideicōmiſſi
 ex teſtamento capax eſt. Ergo deportatus teſ
 tamenti

tamenti factiōnem habet. Augetur difficulas
ex *Vlp. lib. reg. tit xxv. §. fideicommissa vj. vbi l.*
C. ait fideicommissa illis posse dari, quibus
legata, at legata illis possunt dari, cum quibus
testamenti factio est. §. legari xxiv. inst. de leg.
Igitur testamenti factiōnem habet deporta-
tur, cuius seruus fideicommissum ex testa-
mento capere potest. Euasio Alciati, Donel-
li, Pichardi, & aliorum, qui fideicommissor-
um, non legatorum, aut hæreditatium capa-
cem faciunt deportatum, præterquam quod
commētitiijuris est, satis Vlpiani loco *supra*
citato conuincitur. Et quia placuisse video
nonnullis solutionem Fabri de errorib. decad.
lxxiv. errore viij. & viiij. curabo, licet contra
votum meum eam refellere. Ait Faber: fidei
cōmissum relictum seruo deportati ab ini-
tio valet, sed eius adquisitio in pendentī est,
nam si deportatus restituitur, deportato ad-
quiritur: sin verō in exilio moritur, cum cē-
teris bonis deportati fisco acquiritur, nō ex
noua causa, sed per consequentiam irrogatæ
deportationis: eodem modo si deportatus vi-
vente testatore alteri seruum vendiderit, aut
aliter alienauerit, nouo domino fideicom-

missum quæretur. Hæc Faber, quamuis maiori argumentorum profunditate, vbertate quæ fluentium verborum. Verum id ego à Fabro quærerem vnde probet, quod pro tã certo supponit, scilicet seruum deportati fideicommissi capacem esse, quo fulcro solutio suanitur, quod quæ nos præcipue indubium vocamus, dum supra probauimus non minus ad fideicommissa, quam ad legata, testamenti factionem requiri, ne fraus per fideicommissa legibus fieret. Poterat pro Fabro dici seruum non à deportato, sed à fisco testamenti factionem capere: sed Faber ipse in hac re perquam bene notauit seruum testamenti factionem à deportato capturum esse, qui dominus presenti tempore est, non à fisco, qui futuro tempore dominus potest esse. Ergo cum nos probauerimus seruum à deportato testamenti factionem capere non posse, consequenter restat à neutro posse habere, non à domino, qui ipse non habet, non à fisco quia cum dominus non sit, testamenti factionem seruo alieno dare non potest.

Sub. Omissio ergo Fabriano intellectu dictu
 sic fideicommissum relictum fuit seruo eius,
 mulierum
 H
 qui

qui nondum deportatus fuerat, sed postea
 fuit deportatus: fingere igitur viuente testato-
 re, vel deportatum decisisse, vel seruum alie-
 nasse, vel a principe restitutum fuisse, si deces-
 sit, vel alienauit, quia seruus nouum domi-
 num sortitur antequam dies legati cedat, no-
 uo domino legatum acquiritur, ex regula le-
 gis: si seruus vij. §. i. ff. de hæred. inst. si restitutus
 fuit, viuo scilicet testatore vt in cæteris casi-
 bus, sibi fideicommissum per seruum adqui-
 ritur, quia solemus dicere media tempora
 non nocere. l. sed si conditioni vj. §. solemus.
 l. si alienum xlix. §. i. ff. de hæred. inst. Nec
 dices fiscum habere non posse fideicommis-
 sum, cum ob domini mortem deficeret. l.
 vnic. §. in nouissimo. C. de caduc. tollendis. Nam
 respōdeo fideicommissum seruo relictum
 fuisse, in cuius persona constitit. l. debitor
 lxxxij. §. seruo. ff. de leg. ij. & ideo non interci-
 dere licet dominus decedat, sed illicō, tāquā
 si inter viuos alienaretur ad fiscum cum ser-
 uo pertinere, non ex noua causa, in qua re &
 Fabro consentio, sed ex vi publicationis om-
 nium bonorum. Aliqua contra hanc solutio-
 nem obijciuntur. *primum* est in d. l. vij. *de depor-*

*rati, quod præteriti temporis est, non posse si
 ne peccato accipi pro futuro, ut sensus sit: si
 seruo eius, qui postea deportatus fuit. Sed nego:
 quia etiam in l. i. C. de hæred. inst. præsens
 tempus pro præterito usurpatur: inquit A-
 lexander: qui deportantur, id est qui deportati fue-
 runt. ut ibi explicuit Paulus Castrensis. Ergo
 etiam in nostra lege vij. futurum pro præteri-
 to accipi potest. Secundum seruum non potuis-
 se manere deportati, si ante quam deportare-
 tur suus foret, cum publicandus esset cum cæ-
 teris bonis. Etiam hoc nego, nam plures sunt
 causæ ob quas pars bonorum apud de porta-
 rum manet: vide quæ uotaui ad l. iij. hic. post
 hæc scripta, & cum iam de publicandis cogi-
 tarem, priuatos sermones cū viro voluens cō-
 peri doctissimum legum primarium Vallis
 Oletanum quædam noua ad h. l. difficilē co-
 gitasse: transcriberem, & mutarem senten-
 tiam: fædabo: subtiliūs & dilucidiūs prima-
 rius ipse (aues nomē scire) Doctor Atanasius
 Oteiza & Olanus, exponet in secundo suorum
 paralipomenon tomo, quem iam publico Mu-
 sarum gaudio parat, nam primum iam iam
 præmit. Quanta inde lux. meliori iuris pru-
 dentia!*

dentire, Quantus fructus eius cultoribus! Prodet partus, & monstrabit auctorem.

Hic super sedeo agere de testamenti factio-
ne cum milite, ob alimenta, de publicatione
bonorum, an conueniatur deportatus, an de
portatio capitalis poena sit, & familia perse-
qui, quia singula suo texui iunxi in sequenti
libro. Et quia tractatâ materiâ deportationis
etiam relegationis materia per contrarium
tractatur contentus ero per indicem hæc rele-
gationis iuri addere.

*Superiori libro addenda, ubi relegationis ius
per indicem tractatur.*

Addenda primo capiti.

Erit itaque relegatio: *Sententia, qua index, cui
ius relegandi datum est reum in quamlibet partem, &
quodlibet tempus relegandum pronunciauit.* In qua
definitione solum egēt explicatione hæc ver-
ba: *cuius relegandi datum est:* aliquibus namque
iudicibus ius relegandi competit, quibus ius
deportandi datum nō fuit, veluti præsidibus
prouinciarum. l. inter pœnas vj. §. i. hic Item

hæc: in quamlibet partem, & quodlibet tempus, in eo quippe distat relegatio a deportatione, quod deportatio neque est extra insulam, neque ad tempus. l. relegatorum vij. §. hæc est differentia. l. relegatus xvij. §. deportatio hic. Relegatio vero insulam est, in perpetuum, & ad tempus. l. relegati iij. d. l. vij. §. hæc est differentia hic. etiam in prouinciam relegatur, & à prouincia, hi in nostro titulo interdicti dicuntur, ut iam pridem Duarenus notauit, de his relegationibus late dixi in. l. exilium v. Hic nunc addam Hebræos ciuitates habuisse ad relegandum distinas, ut habetur exod. cap. xxij. Deuteronomij. cap. xix. & alijs locis apud magistrum meum Don Iohanem Suarium de Mendoza in commentis. ad l. Aquil. li. I. cap. ij. sect. ix. v. ix. honorificentissimæ magistri titulo iure virum hunc nomino, nam quamuis ex publico suggestu nihil me docuisset, docuit me tamē Madridij ex priuato subfælio plurima, & pulcherrima. Gratiani in hoc monumentum esto.

Addenda tertio capiti.

Relegatus nec minimam capitis deminutionem

tionem patitur, quia nec libertatē amittit, nec
απολις fit, nec familiam inurat, & denique om-
 nia sua retinet *l. relegati* iv. *l. relegatorum* vij. §.
siue iij. ff. *hic*. §. *relegati* l. quibus modis ius patriae po-
 test. sol.

Addenda capiti quinto, & antecedenti.

Relegatus, quia, nec ciuitatem amittit, nec
 libertatem, neque de potestate filij liberatur.
l. relegati l. quib. modis ius patriae potest. soluitur. &
 cum ciuis Romanus maneat, multo minus iu-
 re connubij carebit. Ouid. lib. iij. *trist. eleg.* iij.

Ecquid in has frustra tendens tua brachia partes

Clamabis miseri nomen innane viri?

& lib. l. de Ponto elegia v.


Durius est igitur nostrum, fidissima coniux.

Ille, quod subiit natus Æsone onus.

Addenda capiti ultimo.

Relegatus, quemadmodū nec cætera, sic
 nec testamenti factionē amittit. *l. eius* viij. §.
relegati. ff. *qui testament. facere poss.* l. *quidam relega-*
tus v. ff. *de reb. dub.*

FINIS LIBRI PRIMI.



LIBER SECVNDVS

DE INTERDICTIS, ET RELEGATIS.

Adl. Caput I. Cōmentarius.

Hic à Pomponio proponitur capitulum
ex rescripto Traiani. Inquit Trai. SED ALI-
VD CLEMENTIÆ MEAE CONVE-
NIT QVI INTER CÆTERA, QVIBVS
INNOCENTIAM RATIONVM MEO-
RV M TEMPORVM, HOC QVOQVE
REMISSE EXEMPLVM. Aliter legitur ad
oram pandectarum Haloandri, aliter ex cere-
bro legit A. Fab. tit. II. pr. 4. Sed præfero le-
ctionem Græcorum ad libros Basilicor. *Qui in-
ter cætera, quibus innocens ratio temporum meorum
probat, hoc quoque remissi exemplum.*

Inquit

Inquit Traianus. AVARITIASVPE-
RIORVM TEMPORVM. Sine dubio Do-
mitiani tempora taxat, de quo sic Tranquil-
lus in eo c. 12. Bona vinorum, & mortuorum & sive
quaque quolibet, & accusatore, & crimine corripie-
bantur. satis erat obijci quale cunque factum, dictum
que ad versus maiestatem principis.

SED ALIVD CLEMENTIÆ MEÆ
CONVENIT. Non falsò se iactat Traianus
qui Optimus senatus decreto dictus ab aliena
pecunia, & iniustis cædibus iuxta abstinuit, teste
Dione Cassio.

Relegatorum bona non censentur publi-
cata ob hoc solum, quia relegati sint, quia ut
adimantur, specialis sententia requiritur. *de*
portatorum viij. C. de penis, l. relegatus 14 §. 1. infr.
ius Græcum Basilicor lib. 60 tit. 52. siue l. liberis
viii. §. bona iij. ff. de bonis damnatorum. Hoc itaq,
rèspòsum sic accipiendum est, ut non sequa-
tur necessariò publicatio relegationem, sicut
deportationem A. Fab. in iurispr. tit. 11. pr. 4.
Sed non ideo non poterit iudex relegato par-
tem bonorum auferre. Planè legimus apud
Papinianum in l. in ratione xj. §. cum quidam iij.
ff. ad l. Falc. quendam relegatum fuisse ademp-

in dimidia parte bonorum, sic, & in l. si quis 38. §. qui abortionis. ff. de poenis illi, qui poculū abortionis dant, vel amatoriū, si honestiores sunt, in insulam ademptā parte bonorum relegantur, nō dissimilis poena statuitur in §. qui instrumenta eadem lege aduersus eum (finge) qui Mevio tradidit instrumenta apud se deposita a Seio, Seio ignorante, vel absente. Verum quia, ut iam dictum superiorilibro est, qui relegantur, aut in insulam in perpetuum, aut in tempus relegantur, hæc differentia obseruanda est. Si in perpetuum exilium dati sunt, vel relegati rei, possunt iudices partem bonorum eis per sententiam adimere. l. relegati 4. h. ad tempus verō relegatis, licet in insulam, neque tota bona, neque bonorū pars adimi debet, reprehensæ enim sunt sententiæ quorundam iudicū, qui ad tempus relegatis partem bonorum ademerunt. l. relegatorum vii. §. ad tempus, infra. De his, qui ad tempus relegantur, potest intelligi D. Isidori locus lib. 5. reg. c. 27. *Relegatus est, quem bona sequuntur.* Dixit consultus sententias reprehensas fuisse: sic tamen, ut non infirmarentur, quæ ita prolatae fuerunt, tātum nāque improbe facit, qui relegati ad tempus bona cōfiscat,

confiscat, vt magistratus, qui post legem Valerianam latam prouocantem ciuem necabat, vel virgis ad mortem cædebat: non enim alia poena in eum statuta erat, quam *Improne factura* *Liuius lib. x.* Haud dissimilis fuit lex *Cincia* *Vlp. lib. reg. tit. 1. §. 1.*

Adl. manumittere 2.

Eriam alterius rescripti fit in hac lege à Marciano mentio: illud est T. Aurelij Antonini Pij, quo cauit deportatum manumittere non posse, non ideò auarum existimes, aut rapacem hunc sanctissimis moribus imperatorem, narrat enim de illo Iulius Capitolinus publicationem bonorum nūquam rariorem fuisse, quam temporibus suis, procuratores, que modeste suscipere tributa iussisse: nec unquam letatum fuisse lucro, quo fuisset oppressus prouincialis, & alia non minoris laudis. *Plura de iure sanxit, ususque est iuris peritis, celebratissimis idem Capitol:* inter cætera hoc eius rescriptum optimæ disputationis habemus. Bona deportatorum sententiæ vi confiscantur, nec alia specialiori pronuntiatione opus

est *l. de portatorum viij. C. de pœnis l. cum ratio vij. §. ult. ff. de bonis dām.* Et non tantum illa, quæ tempore sententiæ habebat, sed & si quæ postea adquisiuit, si nō restituatur, post eius mortem filci fiunt. *l. 3. C. de bon. proscip. dicta lege cum ratio 7. §. ult. ff. de bonis dām.* & idco quid quid deportatus in fraudem filci viuens alienat, frustra alienat *l. si deportati vij. ff. de leg. ii. d. l. cum ratio vij. §. ex bonis ij. l. nisi probetur viij. ff. de bonis dām. l. deportatus xv. infra h.* Tunc autem in fraudem filci alienare nō videtur, quādo alienans non omne perdit: veluti si vendit, permutat, foenus exercet, & cætera similia, vnde nō minus lucrum, quam damnum oriri possit. *d. l. deportatus xv.* Donare vero nusquā deportato permittitur, quia non potest non esse donatio in fraudem filci. *l. in fraudem xlv. in princ. ff. de iure filci:* quemadmodum nec tutori, administratio nanque ei commissæ est, non rerum pupillarium dilapidatio *l. tutor ad utilitatem xxij. ff. de administ. tutor.* Cum perdat, qui donat, totum quod donat. *Martial.*

Dimidium donare Lino, quam crecedere totum;

Qui mauult? mauult perdere dimidium.

Ergo cum species donationis manu missio
fit.

fit. Theophil. *ad tit. de libertin.* ratio, quæ dona-
re in fraudem fisci prohibet, eadem & ma-
numittere, vetabit. Hæc est ratio istius res-
cripti. Quod Græci ad lib. lx. Basilicôn tit.
lv. his verbis interpretati fuerunt. *Quia de-*
portationem, sequitur tacita publicatio, quæ non
alium sensum ab illo, quem dedimus habent
A qua interpretatione nō multum abiit, Cu-
jaci *in paratit.* sed quod de iusta liberrate an-
nectit, ad rem, vt existimo, non facit. Alia ra-
tio est, ob quam seruus poenæ manumittere
non potest, scilicet, quia & ipse seruus est. *l.*
qui poenæ viij. ff. de manum. quod adeo indubita-
ti iuris est, vt ad id nō posset esse necessarium
rescriptum aliquod. Ideo copulatiuum quo-
que in §. *Diuisij. eadem lege* non ad principium
legis referendum est, sed ad Senatus Consultū
de quo in §. i. Hæc ideo notavi, quia aliqui in-
terpretes decisionem d. l. viij. ex nostra l. 2.
petebant.

Ad l. eum qui iij.

INTESTATVS vt fortio rem casum am-
plecteretur Alphenus. Sensus est: filij prop-
ter deportationem patris sui omnia amittūt,

K

quæ

quæ ab eo habituri erāt adhūc quo casu nihil
de rebus suis pater disponderet, & ob id om-
nium filij potituri essent deuolutā ad eos hæ-
reditate ex xij. tab. de quo iure l. decemuir-
lis frequens mentio est præsertim in tit. pan-
dectarum *unde legitim. unde liberi, de suis, & le-
git.*

Pater qui duos filios in potestate habebat,
deportatus fuit, quid filij hi amisissent ob pa-
tris deportationem quæritur? Alphenus res-
pōdit ea omnia amisisse, quæ a patre suo erāt
habituri, si in ciuitate moreretur: hoc est, hæ-
reditatem eius, quam fiscus rapit, libertos a
patre eodemq; deportato manumissos, &
his familia. Ha verò non amisisse, quæ ad eos
erant peruentura non ex patre, sed à genere, à
ciuitate, vel aliunde. Itaque fratres cōsangu-
inei agnati quidem manent inter se, & ius hæ-
reditatum, tutelarumque cōseruāt. l. vlt. ff.
unde legit. in qua lege, quod Hermogenianus
ait natos post deportatum patrem agnatos in-
ter se esse, accipiendum est, si ante deporta-
tionem gignantur, vt in l. ex facto xvij. §. ex fa-
cto v. ff. ad S. C. trebell. Aliquandò ex his, quæ
vere sunt patris deportati, quædam filio ser-
uantur,

*in Hiltig. ad
Don. li. v. cōs.
c. 19. lib. B.*

uantur, veluti peculium profectitium, quod
 filius tractabat *l. iij. §. sed virum. ff. de minor.*
 Otiosum est sine incremento transcribere,
 quod satis superque auctores^b dixerunt. Ex
 eorum notatis potes respondere ad difficulta-
 tem, quæ proposita manet *superiore libro cap.*
vij. ad fin. multa quippe bona de portatus libe-
 ris, & vxoricōseruat: licet proscribatur, quæ
 interim sunt sua.

Caicius lib.
obs. 6. 23. Gil-
ber. Reg. lib.
2. eni in i. p. 6.
5. A. Fab. de
ed. 74. err. 10.
P. Fab. ad l. 97.
de reg. iur. Gi-
phani lib. 2.
de reg. iur. pag.
mibi 39.

Ad l. iij. relegati.

Tantum eis insula EGREDI nō licet, Nec post
mortē inde abduci possunt: manet enim pœ-
na post mortem, nec licet corpus transferre
aliubi l. 2. ff. de cadau. punit. Ouidius lib. iij. trist.
rium eleg. iij.

Quantum erat ò magni perituro parcere diui:

Vt saltem patria cōtumularet humo.

Integer hanc potui nuper bene reddere vitā:

Exul ut occiderē, nūc mihi vita data est.

Sed non possunt non in iniicere aliquē scru-
pulum hi versus di. Et elegia.

Osia tamen facito parua referantur in urna:

Sic ego non ex iam exul, & mortuus ero.

Non vetat hoc quisquam.

Sed ex sequentibus versibus mens poetæ patet, prosequitur.

Non vetat hoc quisquā fratrem Thebana perire

Supposuit tumulo rege vetante soror.

Id est, licet vetitum sit ex insula alia traducere cadauera exulū absque principis permissu, existimata tamen, ô coniux, hoc minime prohiberi, & exemplo Thebanæ illius, quæ rege vetante contumelauit fratrem, tu me reter Romam. Non mihi sit fraudi tempusculum aliquod terere in ingeniosissimo poeta explicatio: nam versus ad rem difficultate non omnino carebāt. Redeo ad d. l. 2. Inquit Martianus *Nec licet inde trāsferre alibi, & sepelire in* Consulto principe Sepelire relegatum in insula, in qua includebatur, crediderim licuisse, nec ad id necessariam fuisse sententiam principis arg. ex l. 1. ff. eo tit. Sensus horum verborum hic fortasse erit. Cadaver exulis non est transferendum in consulto principe ad alibi sepelire. Intellectus valde falcitur ex iure Græcorum, sic enim legitur lib. 60. Basilicō tit. lxix. *Sine permissu principis relegatos, vel deportatos in sula efferre, & alibi sepelire non licet.* Vide quam elegans

elegans relinqueretur litera Marciani, si sic-
mecum tātis per mutares. Nec licet inde transfer-
re, et alibi sepelire in consulto principe. Sententiā
huius legis iv. exposui supra ad legem primam.

Ad l. v. exilium.

*Aut certorum locorum interdictio, AVT lata fu-
ga, VT omnium &c.* Cuiacius^a mutat sic: *Aut
certi loci interdictio, id est, lata fuga, aut omnium loco-
rum interdictio.* Budæus plurima de esse notat
in hac lege. Neutrum audeo sequi, quia ni-
mis audaces sunt emendationes, & non ex li-
bris. Ego sic literam parumper inverto. *Aut
certorum locorum interdictio, VT lata fuga, AVT
omnium locorum.* Quæ lectio ex libris est, nam
sic notatur ad oram pandectarum Halo adri-
norum. Istius lectionis hic est sensus: cum ali-
cui vno, aut altero loco interdicitur, exilium
hoc *lata fuga* dicitur, quia dum illis locis absti-
neat, cætera oberrare non prohibetur. Si vul-
garam lectionem retineas, nihil absurdius vn-
quam facies, nāque ille, qui certo loco inclu-
ditur, siue certa domo potius *angustam fugam*
habet, quam *latam*.

Diuidit hic Martianus exilium in tres species: prima est *certorum locorum interdictio*. Veluti si exul remoueat^r Româ, Italiâ, aut aliâ ciuitate, seu prouinciâ, talis ad interdicta loca accedere non poterit, sed à cæteris non arceatur. Huiusmodi exilio sciimus multatos fuisse Philosophos, & Rhetoras anno V. C. DXCIII. Caio Fannio Strabone M. Valerio Messala Cos. Suet. in libello de claris Rhetorib. Q. V. F. S. ^a de philosophis, & de Rhetoribus, D. E. R. I. C. ^a ut M. Pomponius prætor animaduerneret, curaret q^{uod} uti ei è Rep. fide q^{uod} sua videretur, VTI ROMÆ NE ESSENT. De isdem interiecto tempore temporibus Flavij Domitiani iterum senatus consultus C. C. C. VRBE, & ITALIA interdichendos. Quæ tempestate Epictetus quoq^{ue} philosophus propter id Senatus consultum Nicopolim Româ decessit. Agell. lib. xv. noët. c. xj. Eadē pœna adfecti fuerunt à Vitellio Mathematici. Suet. in eo c. 14. post edictum suum; quo iubebat intra Kalend. Octobris VRBE ITALIAque Mathematici excederent. Secunda est cum omnibus locis exul non interdictus, præter certa quedam. Huiusmodi relegatus ea loca sine maioris pœnæ metu excedere non potest l. relegati j. ff. de panis.

Sic

Quod verba
facta sunt.
De ea re ita
sensuerunt.

a. Consensu
sensuit, cons
ginit.

a. Verb. lib. 2.
filios.

Sic Octavianus Augustus M. Lepidū IIIV-
R. C. exulare iussit Suet. in eo cap. xvj. post Pō-
peij fugam, collegarum alterum M. Lepidum quem ex
Africa in auxilium euocaret, supervientem xx. legio-
num fiducia, summasque sibi partes terrore, ac minis
vindicantem, spoliavit exercitu, supplicemq̃ concessa
vita Circeios in perpetuum relegavit. Vnde cū
Augustus iam hoc genere exilij. Lepidū con-
demnasset, & fortē alios, quorum non men-
tio fit, vel ego non memini, non possum non
mirari cur Suet. idem in Claudio cap. xxvj. de
Claudio, qui post Aug. floruit, dicat, Ipse quos-
dam nouo exemplo relegavit, ut **VLTRA LAPI-**
DEM TERTIVM vetaret egredi ab urbe.
Respondeo nouum exemplum non in eo es-
se, quod in certo loco relegatus includatur,
sed potius in eo, quod Romæ morari voluif-
set Claudius puniendos, cū contra pēna haud
parua erat patriā Romā carere: Ouidi. de
Roma.

Omnia, si nescis, Caesar mihi iura reliquit:

Et sola est patriā pēna carere mea.

Huius condemnationis, ut in certa provin-
cia moritur, vel in certa ciuitate, fit mentio in l. re-
legatorum vij. §. item in parte viij. §. sed & in eas

Edentē
(pars est Ita-
liæ) promotū,
quod
cites domū
Mella dici-
tur lib. 4. c. 4.
& Solino c. 8.
Poli. circame-
dium. Hodie
Monte Circe-
li Oliuar. ad
Pomp. Mellam
f. Quia Lip-
sius ad Taci-
tum lib. xliij.
ann. annot. alio
exxxv. hęc
nus exilijs illis
temporibus
frequens fuit
se obsequat.

viii. §. solet xix. cum sequenti in fr. b. etiam potest
 præses quendam damnare, ne de domo sua
 procedat. l. potest. ix. in fr. aduocationis que, vel
 accessu alicuius interdiciere. l. moris ix. in pr.
 & §. i. ff. de pænis. Tertia est insula vinculum,
 hæc & subleuandi potest in deportationem,
 quæ absque dubio exilium est l. cum patronum
 x. ff. de iure patron. iuncta l. qui cum xiiij. §. is de
 mun. iij. ff. de bon. lib. Ouid.

Quippe relegatus, non exul. dicor in illo.
 & relegationem, quæ etiam exilium dicitur
 idem Ouidius de se.

Exul ut occiderem, nunc mihi vita data est.

Et ideo re legatio in fine nostre legis jv. non
 est specialiter accipiendum pro exilio in in-
 sulam salua ciuitate, sed generaliter pro quâ-
 uis ablegatione, & amotione in insulam, vt
 vtrunque exilij, speciem comprehendat.
 Quòd visus mihi fuit D. Isidorus lib. v. Orig. c.
 xxvij. Exilium dicitur, inquit, quasi extra solum,
 diuiditur autem exilium in relegatis, & deportatis,
 adde expressum Vlpiani testimonium in l.
 sed & si quis iij. ff. si quis caution. Aliter accepit
 hunc locum Duar. lib. i. disp. cap. xxxvij. Sed
 eius acceptio satis commoda rei explicandæ
 non videtur.

Adl.

Ad l. vj. inter pœnas.

De principio legis, & de §. i. nihil habeo,
quod addam his, quæ dixi super. lib.

Ad §. Decuriones.

Licet præses provinciae ius relegandi habeat. *l. relegatorum vij. §. i. infra h.* & ius in metallum dandi. *l. illicitas vj. §. qui vini. insas. ff. de off. præs.* decuriones tamen sine annotatione principis neq. in metallum cōdemnare, neq. relegare potest. *l. si quis filio vj. §. eius. ff. de iniust. rap. l. Diui 27. §. i. ff. de penis.* Igitur quod *VI-*
pianus hic ait decuriones propter capitalia crimina relegandos, vel deportandos esse, sic accipiendum est: si annotatio principis sub se quita fuerit. Paragraphus hic de est in *Basilicis* & in *Ectoga*, sed alius non ei valdē dissimilis invenitur *lib. lx. tit. ij.* verba latina transcribam ex versione *Cuiaciana*, quia ad rem facere videtur. *Si Decuriones, vel principales civitatis capitale aliquid admiserint, ut relegatione, vel deportatione digni sint, vel capitali pœna: præses debet vinctos eos custodire, & principi referre adiecta relatione, & sententia sua. Sed non immeritò quæres, cur *VI-**
L. pianus

pianus in *nostro*. §. non expressisset confirmationem principis esse necessariam in deportatione decurionum? Respondeo iuris cōsultum *hic* tantum dubitauisse, an aliquo casu, vel ob aliquod crimen decurio posset deportari, aut relegari. Videri enim poterat hoc esse cōcedendū dignitati decurionatus. Nihilominus posse deportari, & relegari decurionem asserit, sed requisita omisit, quia de illis nolbat agere consultus: pete tu ex responsis, quæ suprà dedi. Sed quanuis decurio possit deportari, non tamen deportandus est propter tam leuia delicta, ac cæteri priuati. Sane nō ob alia crimina, quam ob capitalia deportari decurio debet, vt in *nostro* §. dicitur. Et licet capitale crimen alias soleat accipi, pro quocunque crimine, quod castigatur morte naturali, seruitute, nec non & deportatione. l. 2. §. 1. ff. de priuati. delict. l. 2. l. capitalium xxviij. ff. de pæn. Iulius Paulus lib. v. sent. tit. xvij. tamen *hic* accipiendū est solum pro illo crimine, quod morte naturali solet coerceri. Nec huius acceptionis exempla de sunt: obuia sunt in. l. transigere xvij. C. de transactio. & in. l. relegati jv. ff. de pænis. Festus abbreviatus. capital est facinus, quod capitis pena luitur.

luitur. Itaq, homicida decurio deportatur in insulam: ceteri verò, qui humiliores sunt; capite solent punire. *l. iij. § pen. l. pen. ff. ad. l. Cornel. de sicarijs. § itē lex. v. l. de public. indicijs.* Quæ capitis pœna ex lege Numæ tracta fuit. In-

quid lex. **SEI QVIS OMINEM LIBE-**

SOM MOSTEI DVID PASSICIDA ES

TOD. Festus *in parricida.* sic & incendiarius

decurio maiori pœna non adficitur, quam de-

portatione, cum reliqui incendiarij viui in ra-

tionis pœnam exurantur. *l. qui ades jx. ff. de in-*

cend. l. capitalium xxviij. § incendiarij. ff. de pœn.

Pulcherrima quædam docuit magister meus

D. Iohannes Suarez *in apparat. ad. l. Aquil. c. ij.*

ad l. vij. relegatorum.

Plerique *huius legis* §§. explicati manent in

superioribus.

Ad. §. est quoddam v.

Præses ad magis excruciantos exules soli-
ti fuerunt mittere ad partes illas prouinciæ,
quæ desertiores erant, asperiores q, vt illis in-
clusi, & abscedere prohibiti ægrius tedium
exilij ferrent, & diuus castigarentur. *hac lege*

Non est sic
in l. c. sic
ego ad primi-
um morem
efformo.

a in l. s. qua-
dam de Cir-
ceijs dictatur

S. sed eas jx. veluti in Circeios, & in Africanā
Oasim. Oasis, Grecis Oyasis situ, & sterilitate
Africæ (non procul ab ea parte, quæ Liuigio
men habet) vrbs nobilissima est, Herodot. in
Thalia, siue lib. iij. (Græcis parcam, quia pluri-
bus egeo verbis) Et exercitus quidem aduersus Æ-
thiopes ita gessit. Copia autem quæ aduersus Ammo-
nios itineris duces sequebantur: accersiti sunt usque ad
urbem OASIM peruenerunt, quam incolunt Sa-
mij, hiferuntur è tribu Æschronia esse, septem dierum
per arenas itinere distātem à Thebis; quæ regio voca-
tur lingua Greca μακάριοις, id est, beatorum insula.
Strabo lib. xvij. Oyases Ægyptij vocant om-
nes sedes contiguas parti magnorū eremorum, sicut ci-
cissim insulas maris. Ex quo loco Oasis asperitas
non male commendatur. Sed in Oasim rele-
gare tantum licuit præsidibus Alexandriæ, &
Tiberiados, & his non in longius tempus quā
ad sex menses, ad summum in annū, maluerunt
nanq. Constantinopolitani imperatores: præ
benignitate semel morte naturali, homines
multare, quam cotidie mori iubere eos, qui
in exilium Oaseos mittebantur culicibus, &
grandioribus muscis lacerandi, quibus etiam
Oasis infesta erat. Hæc constitutio in codice

b Liuio are-
nas incolli-
git.

c Locus Græ-
cus datur à
Duar. lib. iij.
disp. 6. 39. h c
literaliter voc-
atur.

d Cujacius
lib. viij. obs.
cap. xxvij.

Iusti-

Iustinianus non erat, sed legitur *libr. lx. Basilic. tit. l. j. ad finem omnium legum codicis de penis.* Addidit Cujacius, & latinam fecit, Iustiniani codici: hodieq. est. *l. ultima. C. de penis.*

Ad §§. sicut vj. & sequentem.

Hi §§. magis difficilem, quâ diffusam tractationem habent. Præses provinciae non potest relegare in insulas, quæ suæ dictationis non sunt. *bas. lege. §. i. & ideò relegatus impune loca excedet, nisi insulam princeps assignauerit d. §. i. iuncta. l. ultima. ff. de iurisdictione.* Sed videtur Vlpianus asserere contrariū in §. sequenti en verba. *Sed extra provinciam suam potest relegare.* Respondeo præsidem non posse relegare in alienam provinciam, ita ut in eam relegendū mittat, quia illa territorij sui non est, quò tendunt verba Vlpiani hic: *præses Syriae in Macedoniam non relegabit.* posse tamen extra provinciam suam relegare, interdicens illâ, ut sic relegatus alias peragrarè cogatur, quocalu magis suâ interdicit, quam in alias relegat, & hoc in sinuare videntur libri Basilic. *Omni verò sua provincia, aut parte eius interdicare potest.* Aliter ac-

ceperunt hunc locum Græci ad lib. Basilicon
supra, sed non bene. Nescio an solutio, quam
ego dedi, Bartoli sit, adeo obscure, & perple-
xe loquutus fuit. Sic Barbari, siue hostes eme-
re a nobis prohibentur vinum, oleum, liqua-
men, loricas, scuta, arcus, sagittas, spathas, gla-
dios, cotem ferro subigendo, & alia, licet ex-
trâ territorium nostrum sint, quia nobis lex
dicitur, ne vendamus. *l. ult. c. de cōmerc. & mere.*
vel peregrinis, si in nostro cum mercibus fue-
rint depræhenfi. *l. mercatores jv. c. eod. tit.* quo-
modo intelligendus est tit. *quæ res vendi, aut*
transport. non debeant. l. cotem ferro xj. ff. de public.
& vestig. cum alijs, non ut Bart. hic interpre-
tatus fuit.

FORTE. Emendarem sic: *quæ non est sub*
suasorte. præsides Syria & cet. Sors est, quod est ali-
cuius paululum deflexa significatione. Hora-
tius *l. ser.*

Qui sis, Mæcenas, ut nemo; quam sibi SORTEM.

Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illà

Contentus uiuat?

Virg. lib. x.

Nescia mens hominum sati, sor-

tis quæ futura.

Ed ideo aliquando pro patrimonio accipi-

tur

tur SORS. Paulus Diacon. *in epit. Festi. Sors, et patrimonium significat: unde consortes.* Indè pars prouinciarum, quæ præfidi obuenit, *sors* eius dicitur non coactâ acceptione. EXTRA. In aliquibus codicibus legitur IN TRA, nihil mutarem.

Ad §. interdicere x. cum sequentib.

Qui deliquit, vbi deliquit, licet in alia prouincia domicilium habeat, puniendus est. *l. si cui crimen vij. §. pen. ff. de accus. l. non est dubium xj. ff. de cust. reor.* Etiam qui domicilium habet in aliqua prouincia â præfide eius puniendus est, quantum aliunde originem ducat. *l. ciues vij. C. de incolis lib. x. l. placet iij. l. non utique jv. cū alijs. ff. ad municip.* Inde ergo quæstioni fuit causa, an relegatus â præfide illius Prouinciæ, vbi deliquit, vel vbi domicilium habebat, posset accedere ad prouinciam, ex qua oriūduſ erat? Et poterat ante rescriptum, de quo in hoc. §. fit mentio, sed post rescriptum etiam â prouincia originis relegatus cēsetur, qui â domicilij prouincia, vel eâ vbi deliquit relegatur. Unde etiam cæpit dubitari, an posset præfcs

provinciae domicilij interdicere aliquem pro-
 uincia, ex qua oriundus est reus, dū sua, in qua
 ipse imperium habet, non interdicat? Ratio
 dubitandi. Hic praeses post rescriptū duabus
 provincijs interdicendi ius habet, originis, &
 domicilij. Ergo utrā velit reum interdicere
 poterit. Ratio deciden. Praefidi provinciae do-
 micilij non fuit datum ius interdicendi vnā,
 aut altera provincia, sed relegatio eius de vna
 ad alteram provinciam extensa fuit, vt relega-
 tus provinciā domicilij, etiam provinciā ori-
 ginis relegatus censeretur. Idēo provinciā o-
 riginis interdicere non poterit, nisi suā inter-
 dicat, sed si interdixerit, etiam sua interdixif-
 se videbitur, vte contra. Sed hoc rescriptum
 ad praefides provinciarum originis non perti-
 net. Ratio differentiae est, quia qui relegatur
 à provinciā minū chara sibi, etiam, & à cha-
 riori relegatus videtur, vt asperius exilium
 habeat, quapropter ab incolatu relegatus, ab o-
 rigine relegatus intelligitur, sed non ē contrā
 quemadmodum relegatus à patria, qui & à
 Romā relegatus est. *hac lege. § si cui planē xvj.* nō
 autem relegatus à Roma idēo erit à patriā re-
 legatus. *§. constitutum xv.* quia præterquam,
 quod

quod etiam Roma patria communis est. *l. Ro-
ma xxxiiij. ff. ad municipalem*, non leue tædium
exilij est a Roma abesse, cæterorumque prin-
cipum curijs.

Ad. §. si quis eam xiiij

Incola est, qui in aliquâ regionem domici-
lium suum contulit. *l. pupillus 239. §. incola. ff.
de V. S.* unde cum incolatus, siue domicilium
in re, & facto consistat. *l. domicilium xx. ff. ad mu-
nic.* non ibi, ubi pater habet, sed ubicunque fi-
lius fam. sibi domicilium constituit, ibi inco-
la est. *l. placet iiij. l. non utiq. jv. ff. ad muni.* sed fi-
lius originem patris sequitur, quam nō amit-
tit, licet in adoptionem detur, potius nouam
nanciscitur, & duplicis originis fit, patris sci-
licet naturalis, & adoptiui. *l. ordine xv. §. ult. l.
libertus xvij. §. in adoptiuo jx. cod. tit.* Filius ergo
potest esse domocilio Salmanticensis, ori-
gine patris naturalis Vallisoletanus, origine
patris adoptiui Cōplutensis, tunc finge hūc
deliquisse Toleti, & ob delictum illa ciuitate
fuisse interdictum, etiam a Salmantica, Val-
lisoletto, & Compluto interdictus censebitur.

Idem existima in liberto, qui patroni domici-
lium sequitur. *l. assumptio vj. l. filij libertorū xxiij.*
l. qui manumiserit xxvij. ff. ad municipal. erit que plu-
rium originum, si à pluribus, his que diuersæ
originis, manumittatur. l. si quis à pluribus vij.
cod. tit.

PRÆTER ITALIAM. Et præter
has prouincias, quibus, vt diximus, interdi-
ctus censetur, etiam Italia relegatus est: hoc
que ex edicto Claudij. Sueton. *in eo cap. xxiiij.*
Sanxit. Et hi, quibus a magistratibus prouinciæ inter-
dicerentur, urbe quoque. **ITALIA** sub mo-
nerentur.

Ad. §. quibusdam xjv.

Syria Asiatica prouincia est, late littora te-
net, terras etiam larius introrsus, alijs alijs que
appellata est nominibus. A Septentrione Ama-
no monti committitur, ab occasu Ægyptium
habet pelagum, a Meridie Arabiæ felici con-
tigua est, & denique ab ortu Solis Euftrate cir-
cumfluitur. Pro varijs regionibus varium
habet nomen, nam, & *Cale* dicitur, seu caua,
& *Mesopotamia*, quæ inter Tigridem, & Eufra-
tem

te n procurrat, *Damascena*, cuius matrix *Damascus*, quæ ciuitas & caput *Syriæ* dicitur a *D Hieronymo in qq. H. braicis ad cap. x. Genesi*, *Adiabene*, regio iuxta *Euphratem*, *Babilonem*, a *Babilone* vrbe, *Iudæa*, & *Sophanæ*. Hinc *Palæstina* est, quæ tangit *Arabas* cum *Phænicæ*; & *Syria* hæc *Phænices*, siue *Palmarum* duas metropoleis habet *Tyrum*, & *Berytum* *Ammianus. lib. xiv. l. vnic. c. de metropoli Beryt. lib. xi.* Et tandem vbi versus *Septentrionem* distenditur *Anatolia* dicitur, ab vrbe, quæ *Taciti* temporibus *Syriarum* caput erat, vt ipse tradit. *lib. 2. hist.* Has omnes regiones, & prouincias habuisse docet *Pompon. Mella de situ orb. lib. 1. cap. xj.* Hodie *Soria* dicitur, & angustior est, iugumque subit *Turcici* imperij. Sed non omnes illæ prouinciæ sub vno præside erant, planè *Iudæam* præsidem habuisse, indicat *Tacit. lib. 2. annal.* plæræque tamen prouinciæ vnus solus præsidis dicto audientes erāt, quæ, quia plures erant, *Syriæ* pluraliter dicebātur. *l. iij. ff. de cens. & præsides Syriarum*, qui illis præerant vt hic. *Dacia* etiam sub se plurimas comprehendit prouincias. *Europæa* est regio, sub diæcesi *Illirici Orientalis*. Hæc sunt prouin-

ciarum nomina vř ex notitia constat. Dacia
 Mediterranea, Dacia Ripensis, Dardania, Prę
 valitana, & pars Macedonię Salutaris. Cujac.
in l. id ab una xij. C. de annis & tribut. lib. xj. ob
 subactam Daciam Dacicus Traianus cogno-
 minatus fuit. Dio Cassius, quę cū Germania
 rebellans iterū per legatos ab Antonino Pio
 contusa fuit. Iulius Capit. Hanc hodię, vt ex V
 volfango Lazio docet Hortelius in thes., in-
 colunt Transilvani, Vngari Saxones, & Cecu-
 li Hungarorum posteritas. Consule de istarū
 prouinciarum pręsidibus, ducibus, & consularibus Guid. Pancir. *in notitia orientali ex cap.*
cvi. Ergo pręsidibus Syriarum, & Daciarum
 indultum fuit pluribus interdicare prouin-
 cijs, quia pluribus pręerāt, & cęterę, quibus
 non pręerant (veluti Iudęa, quę licet prouin-
 cia Syrię esset pręsidem aliquando habuit)
 eiusdem iuris consuebantur. Ideo existimaue-
 rim interdictum Phęnice Iudęam accedere
 non potuisse, adhuc & quando sub alio pręsi-
 de erat, ne decisio istius. s. vana sit. quā enim
 indulgentia egerent pręsides, vt interdice-
 rent illis tantum prouincijs, quibus prę-
 sunt?

Ad s. relegatum 18.

Cæteri ss. in superioribus explicantur,
lib. i. Hic, quē nūc explico, difficilis admo-
 dum est. In eo alterius rescripti diuorum Fra-
 trum fit mentio. Rescripserunt relegatum li-
 bellum principi offerre nō esse prohibendū.
 Duplicem intellectum assignabo, & neu-
 trū preferam. Moris fuit apud Romanos, nō
 aliter imperatorem adire licet presentem,
 quam codicillis, seu, quod idem est, libellis.
 Hunc morem iam obseruarunt alij. Libellū
 autem principi offerre nō magis potuit ciuis
 quam quiuis peregrinus. Ante constitutionē
 Antonini, de qua in. l. orbe. ff. de estat. homi-
 num, legimus Tarentinum, & sic non ciuem
 Hadriano imperatori libellum dedisse in l.
Diuus xxxiiij. ff. re iud. Etiam Eudemon Nico-
 medienſis libellum Antonino porrexit. l. A-
xiouis jx. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Quā legem
 sic distinxit Briffonius *lib. iij. form. pag. cxcij.*
 vt sint tanquam titulus libelli hæc verba: *Αξιους*
Εὐδαίμωνος Νικομήδος πρὸς Ἀντωνίνου Βασιλέα. Conſen-
 tio quidem. Libellus datur ab Eudemone, &
 ad eum rescribit Antoninus, nam etiam obser-

a Liptius ad
 Tacit. 4. anal.
 annes. 87. &
 reliqui apud
 Millig. ad D.
 nell. lib. i. c. 9.
 lib. C.

uo ego hæc verba esse pro titulo rescripti *Arto-
ripis* *Ευδαιμον*. Multo ergo magis libellum
poterit dare relegatus, qui civis manet, siue
remissionem exilij peteret, siue mitius exi-
lium. Ouid, lib. ij. tristium.

Vnde **PRECOR SUPPLEX** ut nos intuta releges:

Ne sit cum patria pax, quoquē adempta mihi.

His **PRECOR**, atque alijs, possint tua numina flekti.

Opacer, ò patriæ cura, salus que tua.

NON UT IN AVSONIAM rediā nisi fors ita olim.

Cum longopæna tempore victus eris.

UT IVS EXILII M, **PAVLO QUI ET IVS ORO:**

Vt par delicto sit mea pœna suo.

Sed quandô libellum principi dare speciali res-
cripto conceditur relegatis, satis cõstat per
consequentiam prohiberi deportatis ex vul-
gari principio *legis mutus* xliij. §. i. ff. de proc. l.
i. §. i. ff. de testib. Sed quæres: cur absque res-
cripto nō licuit relegatis libellum principi dare;
cum id omnibus peregrinis adhuc licuisset?
Respondeo: id forte relegatis in pœnam non
permittebatur, nolebant enim principes, vt
suspisor, eorum preces audire. Ouid, lib. v.
37, ff. elegia ij.

*Quid dubitas, q̃ tuta times? accede, roga q̃: ò cõiux
Cæsare:*

Cæsare uil ingens mitius orbis habet.

Vbi notandum est vxorem non audere ad Cæsaris pedes se aduoluere, reditum que viro suo petere trepidare: sed supercilium diui fratres cum relegatis tollentes permiserunt eis libellum offerre, & eorum deprecationes cæperūt audire. Potest etiam intelligi *libellus* in nro. §. *dimissorius*, siue *appellationis* de quibus libellis agitur *lib. xlix. Digestorum tit. vj.* vt sensus sit: relegatus à præside, quanuis à sententiâ pro relegato habeatur *hac lege. §. i. iuncta. l. ult.* in fine hic, appellare potest ad principem, non secus ac potest deportatus. *l. i. in prin. ff. quando appelland. sit.*

Ad. §. Solet. xix.

De hoc. §. dixi ad. §. *interdicere. x.*

Ad. §. Solet xx.

Non tantum interdicitur prouincijs, aut ciuitatibus, sed & aduocatione, & foro. *l. moris x per totam. ff. de penis*, item professione, & spectaculis. *l. i. §. i. de urbe xij. ff. de offic. præ*

festi urbi, sed & ordine decurionibus interdicitur. ut hic. quem admodum, & senatoribus à senatu pulsus, licet his incivitate sua morari permissum sit ex Seueri, & Antonini rescripto. l. ij. ff. de senatorib. Etiam, & iure suffragij in comitijs ferendi interdictum fuit Mamercio Æmilio, quia in dictatura sanciuir, ne plusquam annua, & semestris censura esset. Censores enim in fensi Æmiliū tribu remouerunt, & ærarium fecerunt. Liuius lib. iij. Est autem ærarius ciuis sine tribu, & sine suffragio. Nonius Marcellus in libello de indiscretis generibus *Ærarium venter generis, ut sæpè masculini, Varro* *μαγιστρον, ἡ ἀρχαία, id est magistro feni Hoc est magnū* censorem esse, ac non studere multis ærarios facere. Hi etiam in Ceritum tabulas referri dicebantur. Agellius lib. xvj. not. Attic. cap. xij. Hinc Ceritū tabula appellata *uerſa vice, in quas cenſores referri* iubeant, quos nota causa suffragijs priuabant. Marci prænominē etiam interdictum fuit familiæ Mālianę, & in M. Manlij Capitolini odiū decreto cautum fuit, ne quis ex Manlia gente MAMERCI (inquam) MARCI prænominē assumeret. Liuius lib. iij. Quid plura? quacunque re, penē dicam, præses interdicere volet, interdi-

Sic amat
Nonius dicit.

interdicere poterit. Sed id distinguendum est, quomodo decurio ordine moueatur: an quia relegetur: vel absque relegatione curia interdiciatū sit. Primo casu; quia absens nō reip. causa decurionatum gerere non potest. *l. i. ff. de decur.* statim irā definit esse, vt nec reuerſus suum locum obtinere possit. *l. ij. in princ., & §. i. in fine. ff. de decur.* & sic denuō ex voluntate principis in ordinem adlegi oportet. *l. imperatores xij. eod. titulo* Secundo casu, adimpleto tempore interdictionis adeo ordini restituitur, vt & pristinum locum recuperet dicta. *l. ij. §. i. de decurion.*

Ad §. item potest xxj.

Potest etiam alicui poena iniungi, ne honores adipiscatur, id est ne sit edilis, ne prætor ne consulatum gerat, nam hæc omnia, & alia his similia honorum nomine continentur. *l. munernis xvij. §. Kalēdarij. ff. de muner. & honor.* quo sēſu Varro lib. iij. *de ling. lat.* dixit. Honor est, qui sustinet Remp. Nonius Marcell. Honor est dignitas. Marcus Tullius *epist. ad Caesar. lib. i.* & Horatius lib. i. *carmin.*

N

Hunc

Hunc si mobilium turba Quiritium

Certat TERGEMINIS tollere HONORIBVS..

Ex explicac-
tione Lantib.
ni.

Sed hæc condemnatio non faciet, vt decurio desinat esse, nam quemadmodum potest quis esse senator, & honores non petere, sic & decurio potest esse, licet honores habere non possit. Planè pediarus senator is erat, qui in senatum pedes comeabat, quia adhuc magistratum curalem nactus non fuerat, teste Agell. lib. iij. not. Attic. cap. xvij. Ergo, & sine magistratu senator esse potest. Maior difficultas est in decurione, quia decurionum numerus plerunque minor est, quàm senatorum, & quia nullus dum vir esse poterat, aut alium magistratum gere-
re in municipio, aut colonia, quam decurio. l. honores vij. §. is qui ij. ff. de decur. licet aliqui esset honores, qui & plebeijs patebant, vt deduces ex. l. reus vij. ff. de mun. & honor. Nihilominus decurio ordinem conseruat, licet nullis honoribus fungi possit. Ultra nostrum. §. qui in-
nem dubitationem fugit, soleo expèdere Cal-
listrati locum in. l. eos qui xij. ff. de decurio. Qui
vtensilia vendit, & negotiatur ob inopiam
dignarum personarum in ordinem municipalem lectus fuit, qui ordo paucis lapsis die-
bus

bus honestissimis personis relictus fuit: non puto utensilium venditorem arcendum esse ordine, nisi ex noua causa, etiam non puto honores ei iungendos, sed potioribus. *l. honores vij. ff. de decur.* Ergo hic negotiator decurio remanebit, quanuis, honores gerere non possit.

Ad §. vltimum.

Honoribus interdici posse in §. *antece-*
ti diximus: in *hoc*. §. ait Vlpianus, & vno honore posse interdici permissis reliquis, veluti censurâ: si tamen maior honos interdictus est, puta consulatus, prætura, ædilitas, aut quæstura interdictæ non sunt: contra verò si minor honos interdicator, ut quæstura, cæteri honores interdiciuntur, tum quia qui indignus est inferiori ordine, indignior est superiori. *l. iij. ff. de Senator.* cum quia gradatim honores deferendi sunt, & à minoribus ad maiores eundem ex rescripto D. Pij. *l. ut gradatim xj. ff. de muner. & honorib.* & sic recluso aditu frustrâ interdictus ingredi putat.

Ad versiculum, *sed muneribus.*

Varia muneris usurpatio est apud Nonium,

Isidorum, & alios scriptores de lingua Latina
 sed his munus accipitur pro officio privati hominis ex
 quo comedam ad singulos, & universos que ciues, re que
 eorum publicam imperio magistratus extraordinariū
 pertinet. ex diffinitione Pomp. in l. pupillus,
 ccxxxix. §. munus iij. ff. de V. S. quo sensu, & ac
 cipitur in titulo de muneribus, & honor. de vacat.
 & excus. muner. & alijs, & in l. i. & ferē toto tit. ff.
 ad municip. Et ita interest Reip. a ciuibz mune
 ra obiri, vt per magistratum ad munera capes
 senda cogantur. l. si quis ix. ff. de muner. & honoribz.
 nec aliter ea detrectare possunt, quam si excu
 sationem habeant, de qua, quæ multiplex est, a
 gitur lib. L. Digestorum tit. v. & lib. x. Codicis ex
 tit. xlviij. ius que immunitatis vacatio dicitur. in
 tit. ff. de iur. immunitatis. Iam ergo apparet, qua
 re muneribus interdici non possit? ne videli
 cet ob delictū reus potius præmio adficiatur,
 quam poena mulctetur.

Ad versic. vltimum cum l. sequenti.

Consequentia est præcedentium. Honori
 bus interdici potest, non muneribus. Ergo ho
 noribus interdictus, si iuncta sint honoribus
 munera,

a Extraordina
 rio Alc. & Gu
 iac. extraordi
 narij Alciac.

b Iunge per
 argumentum
 l. infamia viij.
 l. nec infames
 xij. C. de De
 decur. in de pe
 re principiu
 l. noquis 38. C.
 cod. Cuiat.

munera, muneribus non liberabitur, ne à muneribus ob poenam immunis fiat: sed honore arcebitur: ceterum impendia muneris præstare debet.

Si honores isti habuerunt MIXTAM MVNERIS IMPENSAM Exemplum sit *decapretia*, id est decemprimatus, quæ onus patrimoniale est. *l. i. §. i. l. iij. §. decaprotos ff. de mun. & hon. l. nec protoſtasia viij. Codice de muner. patrimon. lib. x. decaproti*, verò sunt, decem exactorum tributorum primi, seu principes, qui fiscalia detrimēta in tributorum exactione incuriosè facta refarciunt, hi ex ordine decurionum honestissimi quique creabantur. *Alciat. ad d. titulum de munerib. patrim.* Conducit definitio *Callistrati in l. honor. xiv. de muner. & honorib.* Honor municipalis, inquit, est administratio reip. cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens.

GRAVEM quia de minimis, ut in proverbum abiit, non curat prætor. *l. 4. ff. de in integ. rest.*

Ad. l. potest præses ix.

Alia interdictionis species hic proponitur, Inquit consultus: præses potest quēdam dam

Noniter na
so vocabulo.
& forte noni
nepto.

nam ne de domo sua procedat. De hac cōdem
natione dixi ad. §. *interdicere* x. legis viij. addā
hic, quæ ibi notare inconueniens erat. Carcer
aut *districtorius* est, aut libera custodia. In
districtorium carcerem coniecti cōpedibus,
& nervo arctabantur: vulgaris de nervo, &
compedibus notitia. Libera custodia plerun-
que continebantur nobiliores, id est hi villā,
ædibus, aut prætorio inclusi catenis pedibus
non prepediebantur. D. Hieronymus ad *ver-
sus Vigilantium*. Senatoria videlicet dignitatis sunt:
*ut nō inter homicidas teterrimo carcere, sed in LIBE-
RA honesta, que CVSTODI* arecludantur. Ergo
aliquem damnare, ne de domo sua procedat, nihil
aliud, quam in libera custodia cōtinere est. At
huiusmodi pœnæ interdictæ sūt: carcer enim
ad custodiendos homines, non ad puniendos
haberi debet. l. *aut damnum* viij. §. *solent* ix. ff. *de
pœnis*. l. *mandatis* xxxv. ff. *cod. tit.* Ergo condem-
natio, ne de domo sua procedat, iniusta est, & quā
feri non oportet. Difficultatis euasio in red-
denda dissimilitudine est inter vtrunque car-
cerem: aliud est enim teterrimus illi carcer,
in quo Tullianum visitur, compedes sonant,
catenæ trahuntur, atque ad horridum, toruū
que

que commentariensis, aut trium viri aspectū
 trepidatur, & denique ubi nihil minus morte
 metuitur: "aliud proprij Lares, propriaque
 domus, ubi iocosi sunt liberi, mater solatrix,
 & tandem ubi interdictionis consortes sunt
 statuæ maiorum. Atterere ergo reos in car-
 cere, quem nouo vocabulo *districitorium* dixi-
 mus, aut tyrannicum est, aut non longē a ty-
 rannide stat: sed econtrā est mitissimum do-
 mi suę includere illum, qui alio genere pœ-
 næ erat puniendus. Sic intelligi vellem quod
 Plut. in Cicer. prodidit de Silano, scilicet soli-
 tum fuisse hunc interpretari carcerem vlti-
 mum supplicium Senatorum: quamuis illius
 ætatis cædes, exilia, & proscriptiones alium
 sensum extorqueant. Cætera de carceribus
 benē persequuti fuerunt authores nostri Ra-
 mirefius in *pentechontarc.* cap. v. l. Lips. iij.
ann. Tacit. annot. viij. P. Coluius ad Apul. lib. vij.
de asino au r. pag. mibi lxxxiv. Pancirol. in not. Im-
per. Orient. cap. xij. Reuar. ij. var. cap. xvij. Ro-
bert. ij. rer. ind. cap. vj.

^a Adi Calpurnium Flaccum
 dec. iiii.

^b Cicero pro
 domo sua.

*Hactenus explicui leges, quæ in pandectis erant
nunc eas, quas Cuiacius, & Contius pande-
ctis ex Basilicis restituerunt, explicare ag-
grediar maiori alacritate, quia de his an-
tiqui nullum quidem verbum,
nouiores pauca fecerunt.*

Deus det.

Ad l. non etiam xj.

Cum Vlpianus superiori lege dixisset posse
quendam damnari, ne de domo sua procedat. sub-
dit Marcianus hic non tantam sibi usurpatu-
ros esse iudices damnandi licentiam, vt neces-
sarijs impensis reum interdicant. Cuiacius in
l. ex parte cxxj. §. in insulam ij. ff. de V. o. vbi has
omnes leges repetiuit, pro necessarijs impensis
intelligit victum, vt sensus sit nullum, vt fa-
me pereat, condemnandum esse, optimè quidē:
nam fames terricares est, & lugubris. Plautus
in Cistellaria act. 1. scen. 1.

Lugubri mihi fame familia pereat

Et interdidas persecutiones Christianorū
refertur à Diuo Paulo epist. 2. ad Romanos c.

vij.

viii. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? An tribulatio? An angustia, an fames? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius? Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Sed hoc de præsidiis, ordinariisque iudiciis intelligendum est, nam principes aliquando ne sanguine principalium manus cruentent, potius inedia consumere amant, quam decollare. Audi Iulium Capit. in Pio. usque adeò sub eo nullus percussus est Senator, ut etiam parricida confessus, IN ISVLA DESERTA PONERE IVR: quia vivere illi natura legibus non licebat. Hinc ergo à me apprimè aptus notabatur Tertulliani locus ad probandum dira, & inusitata supplicia tyrannica esse, non civilia inveni ad id esse notatum à magno observatore Cuiacio lib. xiv. obs. cap. xxxiv. ille locum dedit, in Apologet. dabo ego caput ij. in medio. Civilis non tyrannica dominatio vestra est, iudices Romani. Apud tyrannos enim tormenta etiam pro pœna adhibentur. apud vos soli quæstioni temperantur. Optima etiam sunt verba Liuij lib. i. ab V. C. de Metio Albanorum proditoris authore. Exindè duabus admotis quadrigis, in curvus earum distinxit illigat Metium, deindè in diuersum iter equi concitati

O

lace-

lacerum in utroque curru corpus, quæ inhaeserant vinculis membra, portantes. Auertere omnes a tanta sceditate spectaculi oculos. Primum ultimum, quæ illud supplicium, apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit: in alijs gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse pœnas. Similes pœnas recēferenimis otium esset, de sinam laudando pietissimam lenitatem nostri Magni Philippi III. qui interrogatus de mortis genere, quo adficiendus esset reus omnium rerum publicarum turbator, & de crimine confessus: simplici furcæ subijci iussit, ne tristi aliquâ pœnâ pia sua tempora funestarentur. O pie ultra Æneam, Siculos fratres, Antoninum, & Ludo uicum Princeps! Verê hæc, non blandē dicta sunt.

Ad l. interdum xj.

Receptores non minus delinquant recipiendo, quam adgressores delinquendo. l. iij. §. non tantum iij. ff. de incend. ruin. & ideo eâ pœna plectuntur, qualatrones, quos recipiunt. l. I. C. de his qui latr. occult. Paulus lib. sent. tit. iij. §. jv., quæ homicidæ l. iij. §. si quis quem eorum. ff.

ad S. C. Silanianum: est enim pessimum hominum genus, & sine quibus facinerosi diù latere non possent. *l. congruit xiiij. ff. de off. pras. l. i. ff. de receptat.* Ergo in nostro textu recipientes, & occultantes relegatos, & ipsi relegadi erant. Respondeo iurisconsultum *hic* non dixisse receptatores relegatorum relegandos non esse, sed *interdum* pecuniariter damnandos. Et est casus, in quo receptator mitius punitur, scilicet quando cognatum suum, vel sibi necessariam personam occultauit, non enim tam prauo in Remp. animo, visus fuit recepisse, quam amore propriæ necessitudinis. *l. ij. ff. de receptat.* sic igitur si cognatus relegatum abscondiderit, ne eius, quem diligit, præsentia careat, pecuniariter damnandus erit, sed erit relegandus, si relegatum occultauerit, ut grassatorem. Id etiam notandum est, varie receptatores puniri, quando eadem poenâ, ac recepti, non castigantur. Qui seruum fugitiuum celat, furti tenetur. *l. i. ff. de fugitiuis: qui ad scriptum, fisco xij. libras auri infert, & alium seruû ad scripti domino dat. l. seruos xij. c. de agricol. & cens. lib. xj.: qui hostem, deportatur, l. Metrodorum xl. ff. de poenis: qui abigeum, x. annos ex-*

tra Italiam relegatur. *l. ultima. ff. de abigeis.* In re ergo, quæ iuris constituti est, sancitis est ita- dum: licet id semper, & rationi consentaneum, & generale sit, ut eadem poena puniantur receptor, & adgressor. Paulus *d. lib. v. sent. tit. iij. §. iij.*

Ad l. à sua ciuitate xij,

Lex, quam explicabo nunc, difficilis est, si qua alia. Verba sunt. *A sua ciuitate relegatus, si non excedat, ad tempus à provinciâ relegatur.* Faber in *iris prud. tit. xj. pr. iij.* pro non legit. *oio.* id est, omnino. Magnus Cujacius in *l. cxxj. §. in insulam de V. O. ro excedat* interpretatur, *abstineat.* Primus non felici Criticâ, secundus asperâ verbi *excedo* significatione. Fortè interpretatio mea placebit. Aut relegatur quis IN Circeios, quâ poena in illa regione includitur, ita ut inde exire non possit: aut AB Italia, quo casu ea provincia abstinerere debet taliter, ut in eius limina pedem non inferat. Dixi in *l. exilium. v. supra.* Ergo in hoc casu à ciuitate sua relegatus, siue interdictus intra præfinitum in sententia diē excedere ciuitate debet, *supra. l. vij. §. his qui*
xvij.

xvij. & dixi lib. 1. Nam verbi, *excedo*, significatio Germana est *secedere*, *exire*, & ideo quod Plautus in *Mercatore act. 1. scen. 1.* dixit,

Principio ut animus Ephebis aetate exiit.

Sic ante eum expressit Terentius in *Andria*.

Nam is postquam excessit ex ephebo.

Imô idê Plautus in eodê *Mercator*. notâtê Dionis.

Exemplò ex Ephebis postquam excesserit.

Virg. 2. *Aeoid.* de euocatis dijs sententia Macrobi lib. 3. saturnal. cap. ix. siue deferentibus Troiam.

Excessere omnes adytis, aris querelictis

Dij, quibus imperium hoc steterat.

Igitur sensus nostræ legis hic est. si relegatus â ciuitate sua non excesserit, sed neglectâ sententia patriam, & Penates habitare perseuerauerit: â tota prouincia relegandus est, vnde inde non solum ciuitatem suam, sed nec vllum prouinciæ oppidum attingere audeat, q̃ madmodum si postquam exiuit â ciuitate, iterum ante finitum exilij tempus ad eam redierit. l. iij. ff. de pœnis. In qua lege pro nō iter distis locis nō est necessarium cū magno Cui. lib. vj. obs. c. xxxvj. vel tollere negationem, vel mutare indistis locis. nam interpretanda est, eo sensu quo nostra.

Ephebi La-
bi mibi opo-
time.

Ad l. manumissus xiiij.

Nota ex hac lege relegatum manumittere posse, non deportatum, & iunge notata supra l. ij. Libertus patriâ patroni fugitur, licet nō ad honores, sed sōlū ad munera. *l. unica. C. ad l. Viselli.* Indecorū ergo videbatur, vt libertus ad illam ciuitatem accederet, à qua remotus esset patronus. Proculdubio Paulus *hic* meminit alicuius rescripti imperatoris; quo id cautum fuit, sed libri *Basilicon* rescriptorum, mentionē nō faciunt.

Ad l. relegatus xiv.

Principium. §. i. & §. ij. lib. i. explicati sūt.

Ad §. vltimum.

Actiōes iuris ciuilibis sunt, atq, ex xij. tab. originem ducunt. *l. ij. §. deinde ex his legibus 6. ff. o. i. & nisi à prætore impetrarentur, in iudicium deduci non poterant. l. i. c. de form. & impetrat. act. sublat.* vnde actiō, quæ alias, vt rei nostre persecutiō est, iuris gentium erat, cepit iuris

ris ciuilis dici ob has impetrationum solemnitates. Hęc omnia satis, super que ab auctoribus tractata sunt. Id querā ego : *an ille, qui non ciuis est, in ciuem legitima actione agere possit?* In promptu est responsio. Quiuis, licet peregrinus, & aduena in ciuem Romanum, & econtrā, legitima, & Romana actione agere potuit. Ad id enim legimus in epitoma *Li. iij. lib. xix.* Præto rem peregrinum creatum, vt peregrinis in quoscūque agētibus, quamuis inciues, ius diceret. At quomodo ius diceret nisi actionibus propositis? Et quomodo actiones proponerentur nisi conceptis formulis? Sed citō obijcietur. Iuris ciuilis Romanorum peregrini incapaces sūt, vt exemplis sat est manifestatum *superiore libro.* At actio iuris ciuilis est. Ergo peregrini iure ciuium agere non poterunt. Citius respondebo peregrinos (quo nomine omnes non ciues comprehendō) non omnis iuris ciuilis incapaces esse, cum potius in eo Romani populi staret dignitas, vt cæteris iura daret, sed tantum eius iuris, quod solis ciuibus Romanis factū fuisset, veluti testamenti factionis. *l. 1. ff. ad. l. Falcid. qui ciuis Romanus.* Patre potestatis *pr. l. de nupt.* Connubiorū *Vlp. lib. reg. titulo v.* At actio

nes solis ciuibus fieri non potuerunt sine eorū iniuria, quia quod sibi exteri deberent exigere non possent. Igitur omnes agere legitime poterunt. Quod etiam suaderetur ex. l. ij. §. omnes. iij. & §. item. v. vers. sed sagant. ff. de iudic. ijs. ubi peregrini, & exterarum gentium legati Romę possunt conuenire, & conueniri. Sed legati iure ciuium non funguntur, nisi accepto vsu togę. l. sed si accepto xxxij. ff. de iure fis. Ergo, &c. Potest tamen merito dubitari. si peregrinus potest Romanis actionibus conuenire, & conueniri, cur deportatus directis actionibus, cum ad summum peregrinus sit. l. i. c. de her. instituendis, conueniri non possit? An quia minus ciuilis utilis actio est, quam directa? Non sane, vt bene notauit Amay. lib. i. obs. c. xj. ex num. xxxv. licet in principali re (venia tanti doctoris dicatur) eius non sequar sententiam. Melius ergo Gręci: audi eorum verba. Nec dicere potest non se sed fiscum conueniri debere. nam & si ius non habeat in bonis, quę ad fiscum pertinet, quia tamen possidet, tenetur. sensus est: quauis bona, quę postea adquisiuit deportatus, mortuo eo in deportatione fiscus habiturus sit. l. ij. c. de bonis proserp. tamen quia interim possidet conueniendus

dus est. l. ij. ff. de cap. minut. Ex interpretatione
 optimi iuris consulti Melchioris de Valentia
 quondam Salmanticensis primarij lib. 1. *Illust.*
tract. iij. cap. ix. ex n. vj. sed quia perfectè sua
 non sunt, cum futurum sit vteo non restituito
 ad fiscum pertineant. *l. non videtur perfectè cū-*
alijs. ff. de R. I. ideo non directis, sed vtilibus
 actionibus conuenitur. Exemplo superficiarij
 is ædificium in alieno solo ex conducto, vel
 aliò cōtractu positum habet. Hic, si prohibea-
 tura domino vti ædibus, quas edificauit in cō-
 ducto, vel empto, interim interdictum prohi-
 bitorium habet *de superficiebus*, & ad perpetuā
 litem actionem, vel ex cōducto, vel empto:
 si autem ab extraneo prohibeatur, præstare
 ei actiones suas debet dominus, & cedere. l. 1.
 §. 1. ff. de superfic. Sed finge dominum lōge abe-
 sse, nihilominus in eum à quo prohibetur vti-
 li. in rem actionem experiri poterit. l. in specia-
 li. lxxij. §. 1. cū duabus legibus seqq. ff. de rei vind.
 l. tutor xvj. §. ultim ff. de pignor act. At cur non
 directæ? Quia perfectus dominus non est, licet
 non eo modo, quo de porrat. Dicitur de em-
 phyteuta, siue vectigali. l. 1. ff. si ager vult. l. tu-
 tor xvj. §. ult. lam. allegato.

Deportatus, vt est in textu, ciuitatem amittit, nō libertatem, & speciali quidem iure ciuitatis non fruitur. iure tamen gentiū vtitur, ergo, cum commercia iuris gentium sit *l. ex hoc iure v. ff. de iust. & iure*, poterit vendere, emere, cōducere locare, permutare, fœnus exercere, & pignori dare, poterit, & mandare. *l. si mandauero xxij. §. is cuius v. ff. mandati.* Nescio cur Donell. & alij apud Hillig. *lib. 9. c. 5. lit. A* contrarium docuerunt.

POSTEA QUÆSITA. Hoc requisitum nō ad solam pignorationem referas, sed ad omnes contractus, quos gesturus sit. *d. l. si mandauero xxij. §. is cuius. v.* Quam legē Cuiacius in re, cit. prioribus *ad. l. viij. ff. qui test. facere poss.* & eum tacito sequutus quidam doctus Salmāticensis, nescio quo retorquebant

PRIORABONA: vel ex his verbis probatur, quod superius dixi: vide notata *ad. l. 1. hic.*
 NISI INFRAVDEM FISCO. dixi in *l. ij.*

Ad. §. de portatus.

Hic paragraphus varie legitur. In libris Basilicon

filicon typi, excussis Hanouie anno MDCVI
 Gëtiani Herueri, & Iacobi Cujacij legitur sic,
Deportatus à præsede SIVE principe eadem lectio
 est indigestis à Cujacio notatis, & in Contra-
 nis pandectis. In Gothofredanis legitur SINE
 quam lectionem parui facere n, nisi ecloga
 esset, in qua legitur *Χωρι βασιλ* id est, *absque*
principe. Vnde existimarem eadem metem fuisse
 Cujacij, & Cōrij, sed mutaram fuisse lectionem
 ex inuersione huius characteris, (n) quæ
 inuersio frequentissima est. Iuuat, quod Cujacius
ad. l. cxxj. §. in insulam ff. de V. O. harum legum
 faciens mentionē SINE legit, non SIVE
 & eam lectionem, tanquam communem, & si
 ne controuersia secutus fuit Ant. Fab. *de erroribus*
decade lxxiv. errore ix. Hac ergo lectione recepta
 sensus legis est deportatus: a præside ante
 confirmationem principis testamenti factionem
 habet quia antequam princeps cōfirmet sententiam
 præsidis, pro deportato non habetur. *l. si qui s filio vi. §. eius. ff. de in inst. rupt. l. i. §. à præsede. ff. de leg. iij.* De testamenti
 factio- ne adempta deportato dixi *superiore lib. cap. vlt.*
 & ægre huic loco hunc *§. & legem sequentem re-*
 seruauit.

Adl. cum Vlpianus xvj.

Hæc lex non est desumpta ex libris Basilicon, sed ex Græco interpretata ad l. xvj. sciebat optimè Cuiatius ius Constantinianum Porphyrogenetæ esse epitomā iuris Iustinianæ, & solitos fuisse Græcos ad elucidandā epitomā litterā, quæ abbreviabatur, afferre: ex epla in Basilicis obuia sūt. Energō literā iuris Græc. *Deportati neq. hereditatē, neque legata capiunt, relinquūtur tamē eis testamento, quæ ad vīctum, & alios usus necessarios sufficiunt.* Nota in hac litera nullam mentionem rescripti fieri. Hic proponitur rescriptū Pium Antonini, quis verabiteffe Antonini Pij? Quo deportatos capaces fecit fid ei commissis, & legatis ciuium, vel vestiariorum causa relicti, item habitationis, arg. ex §. *sed si cui habitatio l. de usu, & habitatione*, quia in his legatis magis personæ respicitur, quàm ius personæ, vt inquit Ant. Fab. tit. vj. pr. vj. ill. ij. non enim minus eget alimentis deportatus, quam ciuis, vnde, & seruo proprio sine libertate alimentorum nomine legatum relinquitur in l. seruos xvij. ff. de alim. & ciuar. leg. Sin autem hæc alimenta seruo alieno, vel filio familias relinquuntur, patri,

patri, vel domino, non filio, vel seruo adquiruntur. l. filio xliij. in fine, ff. de cond. & demonstr. quia hoc legatum pro compendio habetur, non pro alimentis, cum à patre, vel domino hi alendi sint. Constat itaque hæc legata magis ex facto, quam ex iure. l. legatum x. ff. de cap. min. & cum factum naturale quid sit, omnium eorum, quæ in facto consistunt, capaces erunt deportati, ideo ius eligendi habent. l. cum pater, lxxvij. §. hereditatem iij. ff. de leg. ij. & conditio. nis adimplendæ gratiâ accipiunt, l. Meuius ly. ff. de cond. & demonstrat. quia hæc capio facti est, & non iuris, ex alijs Pichardus noster ad tit. de adquir. hæred. cap. iij. num. iij. Hæc notavi ultra Græcos: vide nunc eorum notata, & laudaper spiciuam breuitatem, utinam sic omnes notauissent Latini! **NE QVE HEREDITATEM.** Et hæc quidem summo iure, be rignè tamen placuit eum qui locauit se, ut cum bestijs depugnaret, & capitali crimine damnatum, nec restitutum, matri succedere, ut lib. 45. tit. 1. c. 27. t. 3. & lib. 35. tit. 21. cap. 13. t. 2. in milite, & libr. 39. tit. 2. c. 27. Allegat interpres suo more. l. idem xiiij. §. & deportatiij. ff. de mil. test. & legem primam §. qui operas. ff. ad S. C. Tertill. Quam Græcorum

interpretationem Accursianæ postponit Cuiac, §. ad Afr. l. edicto 13. ff. de bon. possessio. a quo meritò dissentit P. Fab. 2. sem. c. 12. & 13 quatuor intellectus Vlp. assignans, ex quibus penultimum probabiliorem puto. Paucissimis eum recolligam. Qui se vendidit, ut cum bestiis pugnaret, servus habebatur, non aliter ac si se venderent ad pretium participandum. d. cap. 12. in fin. hoc est, quod dicitur ad actum gerendum. l. vj. §. irritum de iniust. rupt. interpretatione Reu. 2. con. c. 8. a quo Hillig. 2. comm. c. 9. litt. P. qui verò se locauerat, ut cum bestiis pugnaret, infamem fuisse inuenies. l. 1. §. qui operas. ff. de postul. l. 3. §. lege. ff. de testib. l. 4. ff. de accusat. servum factum fuisse nusquam reperies, potius enim ei fama, quàm status minuebatur. Cuj. supra. Quin civem in iure satis indicant, tex. in l. §. ff. ad Treb. l. qui in arenam 11. C. de in offic. test. Infamia verò in hoc videbatur factura, ne ad matris successionem admitteretur, quia nomine filij indignus erat: æquitas tamen, & maternus affectus honestam hanc considerationem excludit. Videbat quip pater matrem filium probrosum instituere, sed nolebat cum alio herede decedere. Et hæc de primo

primo casu. Sequitur, ut despiciamus de eo, qui rei capitalis damnatus, nec restitutus fuit. De quo, cum in vers. idem I. C. dicat filium in potestate retinere, & deportatus filios non habeat in potestate, ut lib. 1. dixi, consequens est dicere de deportato Vlp. loqui non posse. Restat ergo dicere de relegato esse intelligendum. Nam licet capitalis sententia propriè ea dicatur, quæ ciuitatem ad minus adimit. l. 2. l. capitalium 28. ff. de pœnis. Latine tamen loquentibus aliquandò capitalis sententia dicitur, quæ æstimationem lædit. l. licet 103. ff. de V. S. Vnde cum æstimationem lædat relegatio. l. 5. §. 1. ff. de varijs, & extr. cog. non mirum si dicatur capitalis sententia, textus optimi in l. 4. ff. si quis caut. l. hos accusare 12. §. omnib. ff. de accusat. Sed dices relegationem ciuitatem non adimere, imò nec familiam, de quo supra. Ergo filius relegati, & relegatus ipse stricto iure erant ad mittendi ad matris successionem. Quæ difficultas, fateor, insuperabilis est: potes tamen dicere, rationem, quæ coegit consultum, ut dubitaret de illo, qui operas suas locauit, qui infamis fiebat: coegisse dubitare de relegato, etiam ob solam læsam æstimationem. d. l. 5. §. 1. Quæ

ratio dubitandi facit, ut ex equitate, & aequa-
tius, & relegatus, eorumque filij ex Orfitiano
S. C. ad matris hæreditatem admittantur: rele-
gatus autē, si restitutus a principe sit, tamen ipsi, quā
eius filius stricto iure admittentur: restituantur
enim relegati dignitatibus, & fame pristinæ. l.
si qua militi 40. §. 1. ff. ex quib. caus. mai. l. qui-
dam. §. si. de reb. dub. Meream plausum tuum
lector, enucleato P. Fabro, si non merui electā
conciniori explicatione.

Ad. l. relegatus xvij.

Res de statuis vulgaris est notitia, & inter
eruditos æui istius, recte tractata: dicam quod
vltia illos obseruavi, quod occurrit, non ad nau-
seam, sed ad legis mee explicationem. Ob om-
ne Latium subactum, nam rebellauerat, L. Fu-
rio Camillo, & C. Menio Coss. triumpho bonos
declatus, & statua equestris, raris illa ætate res, in fo-
ro posita fuerunt L. ius lib. viij. iunge Suetoni.
in Tito c. 4. Tribunus militum in Germania, & Brita-
nia meruit. summa industria, nec minore modestia famā
sicut apparet statuarum, & imaginum eius multitudine,
ac titulis per utranque provinciam. Quam hono-
ris plena res esset non malè colligitur ex L. ius

Brissotius
4. anti. cap. 11.
Lips. 1. elect.
c. 9. & 29. &
ad Tac. 2. an-
nal. annotat.
166. alij apud
Demsterum
ad Rosin. lib.
9. ad c. 7.

& Suetonio, quos dedi, sed melius ex Dione
 Cassio in Traiano. Statuas etiam, & imagines Sosio,
 Palma, & Celso constituit Traianus, quos viros pra-
 ceteris coluit, & summo in honore habuit. Iul. Capit.
 in Anton. phil. Sed multum ex his Frontoni detulit,
 cui statuam in senatu petijt. Statuis igitur, & ima-
 ginibus honorari relegatus non prohibetur,
 nisi sit ob crimen læsæ maiestatis relegatus,
 vel deportatus, nam tunc non tatum novis nō
 honorantur imaginibus, verum, & antiquæ de-
 trahuntur l. eorum 24. ff. ad leg. Iul. mai. Ex his dua-
 bus legibus hoc ius statuerem, fortē licet sine
 textibus non commentitium: Deportatus, cū
 deportatus est, novis imaginibus honorari pro-
 hibetur, sed antiquæ manent. Relegati et anti-
 quæ manent, & novæ ponuntur: excepta in om-
 nibus causa maiestatis læsæ. Sed non erit inu-
 cundum explicare hic causam geminationis
 verborum: Statuis, & imaginibus. Statuæ sūt ima-
 gines, quæ in publico ponuntur. vt in l. Titius
 si statuas 14. ff. de cōd. & dē. Que collacabatur
 in atrijs aut alijs domuū partibus imagines ap-
 pellabantur. l. lex quæ xxij. C. de administ. tutor.
 Hanc puto frequentiore acceptiōem licet
 aliquando imago etiam dicatur statua in publi-

co posita. l. *Quintus Mucius vij. vers. ad authorita-*
tem. ff. de anu. relegatis. Rursus hæc imagines pri-
 uatæ induplici sunt differentia, aliæ quæ non
 nisi quibusdam, & his, qui curules egissent ma-
 gistratib. permittebantur, & hæc vt plurimum
 in atrio domus collocabantur, de quibus Ioan-
 nes Rosinus lib. i. antiq. c. xix. & Iustus Lips.
 suprâ. Aliæ, quæ quibuslibet poni consueue-
 runt, & magis studiij, quàm honoris ergo, de qui-
 bus Ouid. lib. i. trist. eleg. vj. loquens de ami-
 co, qui imaginem suam habebat.

Siquis habes nostris similes in imagine vultus:

Deme meis ederas Bacchica fersa comis.

Hæc tibi dissimula, sentis tamen omnia dici,

In digito qui me fers, feres quæ tuo.

Effigiem quæ meam, fulvus complexus in auro,

Caræ relegati, quæ potes, ora vides.

Ad. l. relegatis xv.

Tota hæc lex in superioribus explicata est,
 præsertim libro primo.

Ad. l. relegatus. xix. ultimam.

Romæ nec in Italia l. vij. §. constitutum

xv. hic ex idictō Claudij, Suet. in eo c. xxij.

Est enim Princeps pater patriæ. Primum patrem patriæ Ciceronem libera dixit Roma vt Iuuenalis ait. Tyrannizarâ Rep. ab imper. patres patriæ ceperūt diei statim â Cæsare latio, Suet. in eo capite lxxv. Postea solidam propè xx. pedum lapidis Numidici in foro statuit. scripsit que PARENTI PATRIÆ. vt & quauis de Iulio dubitetur in interu. etotes, an viuus, an defunctus Iulius pater patriæ dictus fuisset, de Octauiano, cui primo lege regia imperium delatū fuit, plane constar ex eodem Tranquillo in Augusto capite lvij. Patris patriæ cognomen vniuersi repentinō maximo que consensu detulerūt ei. & infra Quod bonum faustumque sit tibi, domuique tue. Cæsar Auguste: Sen. te consentiens cum pop. Rom. consalutat PATRIÆ PATREM. Vnde, & initium habuere creberrimæ præsertim in poetis acclamationes. Ouid. ij. trist.

*Parce PATER PATRIÆ: nec nominis immemor huius
Olim placandi spem mihi tolletui.*

*His precor, atque alijs possint tuâ numina flecti
O PATER ð PATRIÆ cura, salus que tue.*

Idem ij. Fast.

Sancte Pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen

Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Vbi optime ē lapidib. & frustis Kaledariorū
notauit don Carolus de Napoles ānotat. xliiij.
& seq. Martialis de Domitiano suo lib. spect.
ep. iij.

*Vox diuersa sonat, populorum est vox tamen una,
cum verus patriæ diceris esse pater.*

Cæteris exinde imperatoribus hoc nomen
deferre moris fuit, ob id PATRIS PATRIÆ
cognomentum promiscuum appellatur â Ta
cit. xj. annal. vide hoc in Dione, Tranquillo,
Xiphilino, Spartiano, Capirolino, & cæteris
qui de Cæsarum vitis scripserunt passim, sed
aliqui noluerunt acceptare, inter quos Nero.
Suet. in eo cap. viij. tantū PATRIS PATRIÆ
nomine recusato propter aetatem. Hec vix addere po
tui his, quæ notauit de formula acclamationis
PATER PATRIÆ doctissimus Barnabas
Briffonius lib. ij. de formul. p. 8. mihi ccv xvj.
Et hæc lex valde est notanda, quia nullam aliā
mihi contigit videre, in qua istius imperatorij
cognominis mentio sit: nam quod Petrus Pi
rtheus in. l. item veniunt xx. §. præter vj. ff. de
pet. hered. pro his verbis: *Maximus que Princeps
proposuit censuit legendum: Pontifex maximus pa
ter*


ter patria, nullam habet rationem, vt & Hilligerus vidit, quia ad S. C. de quo ib. loquebatur Vlpianus principis propositio requirebatur, cum ipse de ea re verba fecisset, vt in. l. & si is ix. C. de præd. minor. l. i. ff. de bonis eorū cū alijs, in quibus orationis principis mentio fit. atque princeps maximus, & optimus decebatur. Adde legi, quam Hillig. dedit Papiniani locum in. l. in honoribus viij. ff. de uacat. & excus. munerū. *Quod OPTIMVS MAXIMVS que Princeps noster Seuerus Augustus decreuit. Optimi* cognomen fortē a Traiano traxerunt, cui S. P. Q. R. *optimi* cognomē addiecit Plinius in *Panegyrico*, Dio cassius. *Maximi*. vel ab imperij vastitate, vel, vt credibilius est, ab assentatione: sic & Honorius vir non multum impiger, & qui Gothis Hispanias celsit scindens imperium, quod cōseruare prædesidia nō potuit, GLO-RIA ROMANORVM dicitur in nummo æreo, quem apud me seruo, de quo, cum ob titulum *Gloriosi*, an post Stiliconē, an antea, cuderetur dubitare mad mouit me priuatā epistola magnos imperatoribus datos titulos parui faciendos Doctissimus præceptor meus Doctor Franciscus Ramos del Mançano legū antecessorum Salmanticensis primarius.

l. Cuiacius, &
Brist. apud Hi
llig. ad Do. i.
comm. 1. lit.
5

Ad. §. vltimum.

Literarum non textus Basilicon, sed interpretis est, in textu sic legitur *Liberi homines damnati, & proscripti statim à sententia statum amittunt, & sua pœna traduntur, nisi ob maiestatis causam questionem, & maiorem examinationem fieri oporteat.* notanda est, decissio, de qua aliquando diximus Libro Primo.

F I N I S.



*Index Criticus Auctorum, qui in hoc opere Ex-
plicantur, Illustrantur, Notantur, Lau-
dantur, aut Corrigantur: in quo
numerus paginas de-
monstrat.*

Agellius I. p. 3. 11. 15. 35. 41. 53. 59. 78. 96. 98

Amaya. L. 49. L. N. 112.

Ammianus I. 95.

Annaeus Robertus 103.

Asconius I. 8.

B.

Bartolus dubie. L. 86.

Basilicôn lib. lib. 28. tit. 7. E. pag. 48. lib. 60.
tit. 2. E. p. 81. tit. 65. th. 7. E. p. 16. eod. lib.
tit. 54. I. p. 20. Tocatapodas N. 28. Græci
N. 86. L. 112.

Boetius I. 47. N. 28.

Brissonus L. 3. 124. N. 19.

C.

Calpurnius Flacus I. 103.

Capitolinus I. 10. 11. 105.

Carolus Napoles I. 124.

b

Casau-

Causabonus 54.

Cassiodorus l. 28.

Castrensis l. 64.

Cicero l. 4. 42.

Coluius 103.

Conanus l. 50. 65.

Costa l. 56.

Cujacius (sine quo vix pagella) l. 12. 104.
105. N. 35. 77. 108. 109. 114. 118.

Codex Iustiniani tit. quæ res export. nō deb.
E. 86. l. 1. de diuortijs E. 49. l. vnic. de concubin. E. 53. 54. l. res vxoris 24. de donat. interv. E. 52. l. 1. de form. & impetr. act. E. 110. seq. l. 1. de his qui latrones occul. E. 106. l. 1. de hæc. instit. E. 64. l. deportatorum 8. de pœnis E. 72. l. ne quis 38. de decur. E. 100. sequent.

D.

Dempsterus 120.

Diaconus Paulus l. 23. 87.

Diō Cassius l. 5. 7.

Donellus N. 43. 45. 114.

Duarenus N. 120.

Digesta l. 2. 5. deinde 6. de O. l. E. 110. sequent.

l. pen.

- l. pen. de off. procons. vel leg. E. 15.
- l. 3. de offic. proc. Cæs. vel rat. E. 13. C. 14.
- l. in orbe 18. de stat. hom. E. 35.
- l. pater filium 40. de adoption. E. 58.
- l. sed & si quis 4 si quis caution. l. 80. & 119.
- l. 1. de capit. min. l. 22. l. legatum 10. ibidem.
E. 116.
- l. de precatio 9. ad leg. Rhod. de iactu. distin-
guitur 93. & 94.
- l. tutor 16. §. ult. de pig. act. E. 113.
- l. lege 44. §. planè de ritu nupt. E. 49. & seq.
ib. l. non est. 66. E. 51.
- l. vltima in fine de diuortijs. E. 54.

Ex Infortiatio.

- l. etiam 10. de tutel. E. 35. ib. l. adrogati 14. E.
38. ib. l. si quis tutor 15. E. 38. sequentib.
C. 43.
- l. si sic stipuletur § 6. sol. matr. E. 48. seq.
- l. 1. §. 1. de tut. & cur. dat. E. 15.
- l. eius qui 8. §. 1. qui testam. fac. poss. l. 7.
- l. Gallus 29. §. & quid sit tantum de lib. & pos.
E. 56.
- l. 1. §. à præside delegat. 3. E. 115. ib. l. si depor-
tati 7. E. 60. seq.
- l. seruos 17. de alim. & ciuat. leg. E. 116.

l. filio 42. de cond. & dem. E. 116. l. Mæuius
§§. ibidem.

l. siue patronus 21. de iur. patr. E. 57.

l. eum qui 14. §. isdemum de bon. lib. E. 32.

l. vlt. vnde legitimi E. 74.

l. 4. §. vlt. de grad. & affinib. E. 31.

l. 1. §. filijs 4. de suis, & leg. hæred. E. 29.

l. 1. §. qui operas, & vers. idem, ad S. C. Ter-
ryl. E. 117. sequent. ibi. §. capitis 8. E. 29.
C. 31.

Ex Novo.

l. qui poenæ 8. §. dinus de manumiss. E. 73.

l. 1. §. 1. de superficiebus. E. 113.

l. ex ea 121. §. 1. de verb. oblig. E. 54.

l. eorum 24. ad lg. Iul. maiest. E. 121.

l. 3. ad l. Iuliam pecul. l. sequētibus vsq. ad 10.

l. 2. de re ceptorib. E. 107.

l. 2. §. 1. de bon. eor. qui ant. sent. l. 18.

l. 7. de cadauer. pun. C. 77.

l. 1. de sent. pass. & rest. E. 57.

l. 4. de poenis E. 109. ibi. l. aut damnum 8. §. so-
lent. l. mandatis 35. E. 102. l. capitalium 28

l. 119. ibi Methrodorum 40. l. 19. & 107.

l. sed si accepto 32. de iur. fisci. l. 25.

l. in honoribus 8. de vacat. mun. l. 125.

l. vlti-

I.ultima delegation.I.5.9.40.

I.cognitionum 5.5.confumitur de varijs , &
ext.cog.E.25.

I.4.5.I de captiu.& postl.reuers.E.41.42.

I.eos qui I 2.de decur.E.98.

I.munus I 18.de V.S.I.36.ibi.l.libro 144.I.

53.ibi.l.quos nūc 234.I.24.ibi.l.pupillus

239.5.munus.I.100.

Ex nostro titulo.l.inter penas 6.5.1.E.12.65

I.17.l.deportatorum 7.5.hæc est differen-

tia.E.66.5.is qui 17.I.19.21.I.vlt.I.20.

E.

Eutropius I.39.40.41.

Epitoma Liuij I.111.

F.

Faber Ant.L.27.N.61.63.108.

Faber Petrus L.118.

Festus I.23.36.idem abbreviatus E.82.

Florus I.9.40.41.

G.

Goueanus N.26.

Giphanius L.27.75.

Gilbertus Regius 75.

H

Halicarnasseus Dionysius. l. 2. 3. 55.

Halicarnasseus Herodotus. l. 84.

Hieronimus Diuus l. 91. 102.

Hilligerus N. 38.

Horatius l. 41. 86. 97.

Hortellius 92.

Hotmanus N. 19. 27. 31.

I

Isidorus Diuus l. 22. 36. 70. 80.

Iuuenalis l. 123.

L

Lambinus L. 109.

Lipsius L. 2. & frequenter.

Liuius l. 2. 3. 8. 40. 43. 55. 96. 105. 120.

Luitprandus de vitis Rom. Pontific. l. 10.

Lex Numæ de passicidio restituitur. 83.

Lex xij. tab. de emancipatione l. 55. alia de hoste l. 24.

Lex Cincia 71. Porcia de prouocatione 3. Valeria de eadem re ibidem, & 71.

M

Macrobius 109.

Marriialis E. 23. 45. l. 124.

Merillius L. 12.

N

Nonius I. 11. 96. 97.

Nummus æreus. E. 125.

Nouella Iustiniani 22. cap. 13. E. 52. 53. & Gre-
co textu.

O

Olanus Vallis. Oletanus L. 64.

Oligarius 79.

Ouidius E. 76. 79. 94. 122. 124. I. 9. 19. 54.
67. 75.

P

Pamelius L. 25.

Pancirola 92.

Paulus I. C. lib. 1. sent. tit. 20. E. 54.

Petrus Pithœus N. 124.

Plautus I. 104. 109.

Plinius junior I. 24. 25-125.

Plutarchus I. 53.

Pomponius Mella I. 79.

R

Ræuardus N. 26. 34.

Ramiresius L. 4.

Ramos præceptor L. 14. 50. 12.

b4

S Sa-

S

Sacri libri. Exodi 22. Deuteronomij 17. I. 66.

Epistola 2. Pauli ad Rom. c. 8. I. 104.

Scaliger Ioseph 55.

Sallustius I. 4.

Sarius Samozius de senatu Rom. II.

Salmasius 25.

Seneca I. 47.

Solinus I. 79.

Strabo non vulgariter versus 84.

Suarez de Mendoca L. 9. 66.

T.

Tacitus i. 5. 6. 91. 124.

Terentius i. 109.

Tertullianus i. 25. 105.

Theophilus i. 59.

Turnebus N. 10.

V

Valentia Salmanticensis L. 42.

Varro i. 97.

Velleius Paterculus i. 9. 40. 41.

Virgilius E. 109. i. 8. 86.

Vlpianus Iurisconsultus lib. reg. tit. 5. §. 4. I.

47. tit. 10. §. 1. l. 55.

Vopiscus I. 54.

Volfangus Lazius 92.

FINIS



Pued
cion de la
mo la tuu
rre lo mi
misterios
67.

HA fe
gas y
ñar los m
§.7. pag.

GRan
de la
4. §.8. pag.

DE p... a
p. 5.
como de
11 §. 5. pag.
Ning... ores, t.
tanto el
de Iesus,
204.

Significa en
leoba y el del
dad de la essenci
trazado 11. §. 8. p.

Sa, peccāv
Sa) patris
Qus erit r
Si āstris
Si ponia
m.
Sirēn yo
rat
Sol noce
D. in
Sumit
viril
Scilicet

Degli Huomini Valor. & Illustr. 79


vēiſci ami, e ſendocittadino priuato cacciò lepido d'Ita-
ia che voleva annullare gli ordini & le coſe fatte da Sil-
a. Mandato per pretore al Proconſolo che era in Hiſpa-
na vinſe Sertorio, à preſſo in quaranta di netto il Mare
di Corſali, conſtrinſe Tigrane ad arrenderſi, & Mirri-
date à prendere il veleno, à preſſo con marauigliosa feli-
cità vinſe nel Settèrione gl' Albani, i Colchi, gli Nenio-
chi, i Caſpij, gli Iberi, di poi in Oriente, i Parti, gl' Ara-
bi, & i Giudei con grande ſpauento & terrore di ſe mede-
ſimo, ſu'l primo che ſi conduceſſe in ſino al Mare Ircano,
al Mare Roſſo, & al Mare Arabico, à preſſo hauendoli
diuiſo lo Imperio del mondo, & dato à Craſſo la Siria, à
Ceſare la Gallia, à Pōpeio Roma, comando à Ceſare dopo
la morte di Craſſo che licentiaſſe l'eſercito, dal quale Ce-

Ubi
peracta
rat ad
militia.
indum
Chriſt
quod
lactis
arguan
clatram
ti. Ho-

Degli Huomini Valor. & Illustr. 77

& Cheronea in vn fatto d'arme roppe Mitridate,
ſe ancora combattendo ad Athene Archelao Preſetto
ſſo Mitridate, & ripreſe il Porto Pireo, ſuperò pel-
mino i, Medi, & i Dardani, à preſſo per vna peti-
ne di Sulpitio eſſendogli lenato lo eſercito & dato à
ario, torno in Italia, & hauendo corrotte legeni delli
uerſarij cacciò Carbone d'Italia, vinſe Mario vicino à
cri porto, è Teleſino vicino alla porta collina: Et hauen
uccoſo Mario à Premeſte ſiſce per vn Bando che egli
indò chiamare felice, ſu il primo che proſcruiſſe &
uſinaſſe i Cittadini Romani, ammazò nella villa publi
noue mila di quelli che ſegl'erono arrendui, accrebbe il
numero de ſacerdoti, diminuì l'autorità de Tribuni, & ha

numeri onde inuen-



RIET

DE

RIET

RIET

G-E 419